REGIMEN SA-
NITATIS CVM EXPOSITIONE MAGI-
STRI ARNALDI DE VILLA NO-
VA CATHELLANO NOVI-
TER IMPRESSVS.



INCIPIT REGIMEN SANITATIS SALERNITA=num excellentissimum pro conseruatione sanitatis totius humani generis perutilissimum: necnõ a magistro Arnaldo de Villa noua Cathellano omnium medicorũ uiuentiũ gẽma utiliter: ac sm omnium antiquorum medicorum doctrinam ueraciter expositũ: nouiter correctum ac emendatum p egregissimos ac medicinę artis peritissimos doctores Montispessulani regentes. Anno: M.cccc.l.xxx. predicto loco actu moram trahentes.

Anglorum regi scripsit schola tota salerni
Si uis icolumẽ: si uis te reddere sanũ
Curas tolle graues irasci crede pphanũ
Parce mero cenato parũ: nõ sit tibi uanũ
Surgere post epulas: somnũ fuge meridianum
Non mictũ retine: nec comprime fortiter ãnũ.
Hæc bene si serues: tu longo tẽpore uiues.

¶ Iste libellus est editus a doctoribus Salernitensibus in quo inscribunt multa & diuersa p conseruatione sanitatis humanę. Et edit⁹ est iste liber ad usum Regis Anglię. Et in textu lecto auctor põit octo documẽta gñalia p conseruatione sanitatis: de qbus posta spãliter p ordinẽ determinabit. Primũ ergo documentũ est q hõ: sanus uolẽs uiuere: debet ab eo remouere graues curas: Nã curę exsiccant corpa: ex quo tristificant spũs uitales: mõ spũs tristes exsiccãt ossa: Et sub istõ documento etiã cõprehendi debẽt tristicię q similiter corpa exsiccãt & infrigidãt maciẽ & extenuationẽ inducũt: cor strigũt: & spũm obtenebrant: ingenium ebetãt: & rõnẽ impediũt: iudiciũ obscurant: & memoriã obtundũt. Verũ tñ aliq pingues & carnosi sunt spũs adeo nobiles & callidos hñtes q eis interdũ bonũ est tristari: ut spiritus calor ebetet: & corpus aliqliter maceret. Secũdũ documẽtũ est nõ irasci. Primõ qa ira similiter corpa exsiccant: cũ ipsa summę singula mẽbra supcalefaciat. Nimia autẽ calefactio siccitatẽ inducit: teste Auic. i. doc. iii. c. i. Secũdo qa ira pp feruorem cordis oẽs actus rõnis cõfundit. Aduertẽdũ tñ est q qdã frigidi sunt & maleficiati: qbus interdũ irasci pdest in regimine sanitatis: ut in eis calor excitet. Tertiũ est parce uti potu uini: nimia. n. repletio uini somnolẽtiam

pigritiā debilitatē mēbroꝝ:debilitatē stomachi:& multa alia his similia inducit:de q̄bus posterius magis patebit. Quartū est paꝝ cenare:qa nimia nocturna repletio dolorē in uentre inducit:ac inq̄etudinē insomnietatē & angustiā ꝑut manifesta patet expiētiā:& īferius magis declarabit. Quintū est surgere post cibū sumptū:q̄ḋ facit ad digestionē:ꝑpterea ꝙ cibū sumptū facit descēdere ad fundū stomachi in quo uiget uirtus digestiua, Sextū est nō dormire post prandiū:cuius documēta postea tāgunt in textu ibi, Febris pigrities, Septimū est nō diu retinere urinā, Ex nimia .n. urinę retentione aliq̄ñ sequit̄ difficultas mingēdi:aut oīno ꝓhibitio a mictu:ut testat̄ Auic. xix. in trac. ii. c. de difficultate urinę, Similiter ex nimia retentiōe fecali plura ꝑuenīūt nocumēta, Indurant̄ .n. feces in intestinis ꝑp cōtinuā suctionē uenaꝝ miseraicaꝝ cū intestinis cōtinuatarum oēm humiditatē a fecibus sugentiū:& sic remanēt sicce, Difficilis exitus intestina oppilans:ad quā oppilationē ꝑp uentositatē:eductionis prohibitionē & aliaꝝ secum aceruationē sequunt̄ nocumēta in textu posterius posita:ibi Spasmus &c. Octauū est non fortiter cōprimere anum:ex hoc enim sequitur tenasmon siue exitus longaonis, Vlterius subdit autor q̄ḋ omnia ista debite conseruans longo tempore sanus uiuere poterit.

Si tibi deficiant medici:medici tibi fiant.
Hęc tria:mens leta:requies:moderata dieta.

¶ Autor in hoc passu tāgit tria remedia generalia ꝑ cōseruatiōe sanitatis naturę humane:& ꝑcipue ipsoꝝ nobiliū, Primū est ꝙ animus hoīs debet esse letus & gaudens:cū leticia siue gaudiū ętatē floridā facit hoīem in iuuētute cōseruat:uirtutē cōfortat: uitā ꝑlongat:ingeniū acuit. & ad singulos actus hoīem abiliorē reddit, Et debet illud gaudiū in regimine sanitatis cōueniēs esse tēpatū & nō excessiuū:qa excessiuū sincopim & mortē inducit:& maxime gaudiū cōpetit his q̄ multū curāt & sollicitudinibus destruunt̄. Et pōt in ipsis de nouo acqri ꝑ usum cibi & uini delectabiliū & dimissiōe eoꝝ q̄ tristitiā inducūt:& inhabitare cū sibi dilectis & similibus q̄bus uirtus cōfortat̄. teste, Auic. xi. in. c. de casu uirtutis subito sic dicēte. Et scias ꝙ uirtus augmentat̄ cibo & uino subtili cōueniētibus & odoribus bonis: ex tranquilitate & gaudio & dimissione eoꝝ q̄ cōtristant & rixari faciūt:& renouatione reꝝ amabiliū:& habitatiōe cū dilectis, Secūdū est trāq̄litas animi, Nobiles .n. ꝑp nimis magnas & diuersas curas q̄s hñt plꝰ ledunt̄ ceteris paribus q̄̄ q̄ mediocres sunt, Inq̄etatio uero mētis somnū maxie impedit q̄ nobilibꝰ sūme utilis est:q̄ cōiter naturę siccę sūt:atq̄ colericę:

gbus p maxie somnus est utilis. Tertiū est moderata dieta.i.moderata sūptio cibi & pot⁹. Nocumēta uero supflui cibi & potus postea dicem⁹.

Lumia mane manus surgens gelida lauet aqua.
Hac illac modicū pagat:modicūq; sua mēbra
Extendat:crines pectat:dentes fricet:ista:
Confortant cerebrū:confortant cetera membra
Lose:cale:sta:panse:uel frigesce minute.

¶ In hoc textu autor ponit.vi. documēta gbus cerebrum cōfortatur:& similiter singula corporis mēbra. Primū est: postq̄ hō de mane surrexerit debet lauare oculos in aqua frigida: mundari enim debent ut ab eis remoueantur imundicie palpebris adherentes:& circa oculos existentes. ne ab ipsis oculi corrodantur. Et istud satis innuit Auic.in trac.ca.de rememoratione conseruationis sanitatis oculi:& rememoratione eorum quę nocent ipsi:ut dicit. Ex eis autem quę abstergunt oculum & acuunt ipsum est submergi in aqua clara & aperire oculum in ea. Et idem uult trac.iiii.c.de cura debilitatis uisus dicens. Et ingredi aquam claram uiridem & submergi in ea & apire ambos oculos in ea fm quantitatem qua possibile est. Est ex eis que seruant sanitatem oculi & confortant ipsum & pprie in iuuentute: Causa āt quare oculi magis debent lauari in aqua frigida quā calida est: quia unūquodq; conseruat suo simili: ut dicit Auic. in.i.c. Et iō uult Gal.i ter.canone illo. Calidiora calidioribus indigēt adiutoriis. frigidiora frigidioribus:sed sic est.si oculi sunt frigidę naturę: ergo potius debent lauari aqua frigida q̄ calida. Secundum est q homo debet lauare manus: quia sunt instrumenta quibus mundantur organa per que exeunt superfluitates cerebri:ut sunt aures:oculi:nares. Et ergo ob hoc manus debent eē munde. Plus tamen debent lauari in aqua frigida q̄ in calida:quia lotio manuum in aqua calida genera uermes in uentre:& hoc specialiter dūmodo manus in aqua calida lauantur post sumptionem cibi:ut innuit Auic.xvi.in trac.v.c.i.ubi agit de uerminibus in uentre genitis. Et ratio est:quia per lotionem manuum in aqua calida post sumptionem cibi trahitur calor naturalis quo completur digestio i stomacho ad extra:quare imperfecta fit digestio:quæ potissima causa est uermium. Tertiū est quod postq̄ homo surrexerit a somno debet paulatim incedere siue se mouere. Cuius causa est ut superfluitates primę & secundę digestionum quæ sunt feces & urina descendant & preparentur faciliori euacuationi. Quartū est quod postq̄ homo surrexerit a somno

debet extedere manus & pedes & alia membra. Cuius causa est: ut trahantur uitales spūs ad mēbra exteriora: & p hoc subtiliantur spiritus cerebri. Quintū est ꝙ debet crines pectere. Cuius causa est: ut aperiantur pori per hoc capitis & exeant uapores cerebri derelicti post somnum & subtilient eius spiritus. Vnde usus pectinis multum confert uisui & maxime sensibus prodest. Vnde dicit Auic. iii. in. trac. iiii. c. de cura debilitatis uisus: Administratio pectinis super caput iuuatiua est & confert ꝓprie sensibus. quare oportet ꝙ ministretur omni die multotiens: quoniam attrahit uapores ad supiora & mouet eos a parte oculi. Sextum est ꝙ hō debet mūdare & fricare dētes. Cuius cā est: qa imūdicies dētiū est cā fetoris anhelitus: similiter a dētibus imūdis spūs imūdi eleuant ad cerebrū ipsum pturbātes. Præterea cōmixtio limositatis dentiū cū ipso cibo ad stomachū missa est cā corruptionis cibi in stomacho. Modū aūt conseruandi sanitatē dentiū & bonitatē odoris eoꝝ tangit. Auic. yii. in. c. de cōseruatiōe dētiū sub his uerbis. Et ex eo q̄ cōseruant sanitatē dētiū est ut colluat os i mēse bis cū uino in quo decocta est radix titimalli. Est. n. pueniēs ad ultimū i faciēdo bonū odorē: & nō aduenit facięti illud dolor dētiū. Vlterius autor i ultimo uersu subdit aliq̄ ꝑcepta gñalia. Primū est ꝙ hō lotus stupha uel balneo debet se tenere calidū: qa tūc pori sūt apti: & sic de facili frigus posset subintrare: & magna nocumēta corpi inferre. Aliud est ꝙ postq̄ hō sūpserit cibū debet modicū stare: ut cib⁹ pfecte descēdat ad fundū stomachi i quo cōplet digestio: deīde lente ābulet & nō fortiter: ne pp motū fortē calor trahat ad ptes exteriores: & p hoc impediat cibi digestio. Aliud est ꝙ hō frigid⁹ debet cauere ne subito se calefaciat: sed paulatim. Mutatiōes. n. subite naturā ledūt. Oīa. n. extra naturā molesta sunt: ut dicit Gal. in cōmēto illius canonis ꝺm multū & repente.

Sit breuis aūt nullus tibi somnus meridianus
Febris: pigricies: capitis: dolor atq; catarrus
Hæc tibi proueniunt ex somno meridiano.

¶ In hoc textu tāgit autor quattuor nocumenta quæ ꝓueniūt ex sōno facto post prandiū. Quoꝝ primum est ꝙ ex somno meridiano solet seq febris qd' aliq putant uerificari de febre ꝓueniēte ex oppillatiōe cām isti⁹ febris reddētes: qa tpe diei calor & spūs mouēt ad exteriora: & sic uirtus digestiua i die est debilis. Digestio. n. pfecta est qñ calor & spūs ad iteriora mouēt: pp quoꝝ motū calor naturalis icēdit. Et sic tps noctis ē tps pfectionis digestiōis. Indigestio. n. & cruditas

humoꝝ est cā oppillatiōis: q̄ oppilatio est cā febris: ₰m Aui. in. iiii. i plu- rib⁹ passibus. Secūdū nocumētū est pigricies: q̄ ex eadē cā uidet̃ oriri. Ex materia. n. idigesta & grossa: grossi eleuāt̃ spūs: q moti ad mēbra corpis grauedinē corpi: inducunt: quēadmodum spūs subtiles & leues leuitatē animi & corpis inducūt. Tertiū est dolor capitis: q etiā ex eadē cā ꝓueni- re uidet̃. Ex cibo. n. indigesto in stomacho eleuant̃ grossi spūs cerebrum ꝑturbātes: q spūs sunt cā discoloratiōis ēt faciei qñ ad cutē mouent̃: quia ubi est materia grossa. necesse est qcq̄d ex tali materia dissoluit̃ esse gros- sum: ut innuit Gal. in cōmēto illius amphorismi. Et q crescunt sic inqui- ens. Quicq̄d. n. de qualibet re dissoluit̃: ei uñ dissoluit̃ necesse est ut assi- milet̃. Quartū nocumentū est catarrus: q similiter ex eadē cā ur̃ oriri. s. ex reumate. Reuma. n. dicit̃ oīs fluxus materię de mēbro ad mēbrum in quacūq̧ parte corpis fuerit. sed ₰m ꝙ ad diuersas ptes corporis fluit: di- uersa sortit̃ noīa. Qñ. n. mouet̃ ad pect⁹ siue ad mēbra spūalia uidelicet ad pulmonē: dr̃ catarrus. Sed qñ fluit ad fauces siue ad colatoriū palati. dicit̃ brancus. Et qñ fluit ad nares dr̃ coriza: ut habet̃ in istis uersibus.

Si fluat ad pectus dicatur reuma catarrus.
Ad fauces brancus: ad nares dico corizam.

¶ Præter tñ pre dictorū nocumē toꝝ cās narratas alię pñt assignari magis efficaces.

Causa nanq̧ primi nocumenti. s. febris q̄ aliqñ est effimera: aliqñ putri- da. est febris q̄dē effimere retētio fuliginū in somno diurno: quarū reso- lutionē uigilia facere cōsueuerat. q̄bus aceruatis & spiritibus admixtis i eis accēdit̃ calor extraneus causans febrē effimerā. Febris uero putride putrefactio humiditatū multiplicataꝝ ex sōno diurno ad cor effumātiū. Secūdū uero nocumentū. s. pigritia cōtingit ꝑꝑ humiditates per somnū diurnū retentas circa musculos cordas & iuncturas: q̄bus torpescunt & tarde redunt̃ ad solitos motus. Tertiū uero nocumentū ex simili cā orit̃. s. ex humiditatib⁹ & uaporibus ꝑ somnū meridianū retētis: q moti uer- sus caput & cerebrū dolorē ingerūt. Quartū uero nocumentū uidelicet catarrus: quo uniuersal̃r oē reuma significat̃ cōtingit ꝑꝑea q̄a uapores & fumi q undiq̧ ꝑ cutē hora uigiliaꝝ resolui solēt i somno diurno ad caput tēdūt: ubi inspissati recidūt interius reumatizātes. Auic. aūt. in. l. c. fen. iii. do. ii. c. ix. alia supaddit nocumēta somni diurni quoꝝ primum est ge nerare ęgritudines humidas. ut guttas & paralises ex retentiōibus hum ditatū q̄ de die magis resolui solēt. Secundū est corruptio coloris faciei ꝑꝑ humiditates aquosas urinę similes i sanguine multiplicatas ex somno

diurno: resolui solitas tẽpore uigiliaꝝ: q̃ ad faciei cutẽ cũ sanguĩe expulse reddũt eã tumidã & declinantẽ ac citrinitatẽ. Tertiũ est gñatio splenis. i. splenetice passiõis in dispositis ad eã. Cuius cã est retẽtio humoris grossi melancolici in splene ex somno diurno. sicut. n. iuuant uigilię motũ & liberum trãsitũ huius grossi humoris p cãnales strictos cũ calore diei uias apiente. sic somnus ĩpedit maxime diurnus. cũ tunc instet hora ſm plurimũ transitus melancolię p cãnales suos. & maxime p illũ cãnalẽ: qa splen transit ad orificiũ stomachi grã ꝓuocationis appetitus per quem splenis supfluitas emundari solet. Non. n. conuenit ut de nocte ꝓuocet se de die potius appetitũ cibi. Quartũ est relaxatio neruoꝝ seu remolitio eorum. Cuius cã est ꝓhibitio resolutiõis humiditatũ quã facere solẽt uigilię diurnę q̃ interius retente neruos imbibũt. Quintũ est debilitatio appetitus. Cuius cã est ꝓhibitio resolutionis q̃ est prima cã famis: alia cã est repletio stomachi ex fumis uaporibus & humiditatibus remollientibus & saturãtibus orificiũ stomachi. Sextũ est generatio apostematũ. Cuius cã est: qa supfluitates p somnũ diurnũ multiplicate colligunť sępe in aliquo membroꝝ: & ipm intumescere faciũt. Et ulterius di. Aui. ꝙ due de potiorib⁹ causis pp quas nocet somnus diurnus sunt. pria qdẽ: qa cito ĩterrũpiť ꝓpterea ꝙ calor diei trahit uersus exteriora calorẽ corpis. & ecõtra sõnus ad interiora. Vñ motus ꝓuenit agitatiuus. & iõ cõsuliť tũc dormire uolẽtibus qđ in umbra dormiãt: & ĩ tenebroso loco. ſa uero ppea qđ reddit naturã stupidã & q̃si pterritã retrahẽtẽ se ab eo in quo erat. s. a digestione cibi. Aduertẽdũ tñ est qđ licet sõnus diurnus gñaliter uitupeť & nocturnus cõmẽdeť. ex diurno tñ ille minus uitupať: qa mane ẽ usq; ad tertiã. s. ab ortu solis usq; ad tertiã post ipm. Iuxta illud hypocratis ꝓnosticoꝝ ſa dicẽtis. Sõnus ut moris est conueniẽs & naturalis ut noctẽ nõ effugiat & diẽ nõ impediat est laudabilis. cõtrarius uero est ĩprobandus: minus tñ si a mane usq; ad tertiã tenuerit. Quãq̃ tñ somnus diurnus & meridianus ĩtãtũ a primis medicinę inuentoribus deteſteť. moderno tamẽ tẽpore non oĩs somnus diurnus est uituperandus: & ꝓprie si in eo qnq; cõditiones obseruanť. ut uult Bartrucius. Prima est ut sit cõsuetus: secũda ut nõ sit illico supra cibũ: tertia ut nõ sit capite depresso: quarta ut nõ sit lõgus: qnta ut nõ fiat ab eo subito stupida & repẽtina expgefactio: sed morosa.

Quattuor ex uento ueniunt in uentre retento:
Spasmus: idrops: colica: uertigo q̃ttuor ista.

¶ In hoc textu autor ponit quattuor nocumenta proueniẽtia ex retẽtiõe uẽtositatis in corpe nostro quoꝝ primũ est spasmus cuius causa est

ga uentositas retēta sępe capit raptū ad iuncturas: & neruos ipsos replēs ex quorum repletione sequitur ipsoꝝ contractio que uocatur spasmus. Et ab Aui.ii.in.ca.de spasmo: spasmus sic diffinitur. Spasmus est ęgritudo neruosa: qua mouentur lacerti ad principia sua & inobedientes sunt in dilatiōe eorū: Et iste spasmus est duplex. Nā quidā est ex repletione in quo mēbrū abbreuiať & ingrossať pp rē implentē: sicut coriū aut corrigia cū est res iplēs abbreuiať & ingrossať. & iste spasmus fit subito: Alius est ex inanitiōe in quo cōtrahiť lōgitudo & latitudo & minorať mēbrum ꝭm lōgū & latū: sicut in pgameno: cū apponiť igni fit cōtractio ꝭm lōgū & latū: & iste spasmus fit paulatim. Secūdū nocumentū est ydropisis: q̄ est morbus materialis causatus ex re frigida plurima igrediēte & inflāte mēbra aut loca partiū: i qbus regimē. i. digestio ciboꝝ fit & humorū: ut dicit Batrucius. Ydropisis. n. non generať nisi cū sanguis nō generať: ut dicit Gal. yi. pticula amphorismoꝝ in cōmento illius. Emoroides sanāt antiq̄s. Et ē triplex ydropisis. s. ypozacha: asclites: & tīpanite: & de tīpanite intelligiť istud: ꝭm nocumētū. Timpāite. n. ut dicit Bartruclus fit a mala cōplexione frigida stomachi & epatis ꝓhibēte cibū trāsmutare in chilū & humorē benignū aut sanguineū: q̄re cōuertiť in rē uētosam q̄ dū nō expelliť p eructuationē aut aliū de oppilatiōe ulaꝝ ꝓhibēte uel uirtute expulsiua: uel sequestratiua: seu supfluitatū debili existēte colligiť iter ciphac & mirach uētris & causat ydropisim. Tertiū nocumētū est colica q̄ est ęgritudo multū dolorosa: facta in intestino dicto colon: qđ est unū de intestinis grossis: quēadmodū yliaca est ęgritudo dolorosa facta in intestino gracili dicto ylion: & fiūt iste ęgritudines sępe ex uētositate iclusa in dictis itestinis. Quartū nocumentū est uertigo & est ęgritudo cū qua uiť hoi ꝙ oia uoluanť i girū. Cuius ęgritudinis cā ē uētositas ad cerebrū mota q̄ pp eius in cerebro motionē uertiginē facit. Et ista quattuor nocumenta cū qbusdā aliis pulchre cōmemorat. Auic. xviii. in. c. de rebus q̄ nocēt colicis dicēs. Et scias ꝙ retētio uētositatis multotiēs facit accidere colicā: ꝓpterea qđ subleuat eā & reprimit ipsam: ita ut aggregeť res una & qđ facit accidere debilitatē in intestinis. Et qñq; perducit illud ad ydropisim. Et quādoq; generat tenebrositatē & uisus uertiginē & epilensiam. Et quandoq; retinetur in iunctura: & facit accidere spasmum.

Ex magna cena. stomacho fit maxima pena
Vt sit nocte leuis. sit tibi cena breuis.

¶ In hoc textu autor ponit unū documētū ꝓ cōseruatione sanitatis dicens: qđ homo in cena debet eē sobrius & se nō multū cibo replere: qa nimia repletio nocturna iducit impedimētū somni: tortionē uētris: ingetudinē

corpis pustulas in facie:grauitatē capitis īmane.& malitiā oris. Dubiū iam incidit utrū maior q̄titas cibi sit sumēda in prādio q̄ in cena. Pro cuius decisiōe aduertēdū est qđ ſm diuersitatē corpoꝝ:maior aut minor q̄titas cibi sumēda est in prādio q̄ in cena:qa corpa aut sunt in morbum decidētia:aut sub latitudine sanitatis. Si in morbū deciderint:aut cū humoris uitio aut sine humoris uitio. Si sine humoris uitio:sic est magis cenādū. Cuius rō est:qa natura in talibus solū est ciboꝝ digestioni intēta: nō āt supfluitatū maturationi:carēt.n.eis qđ si cū humoris uitio patiāt cōueniētius ē prādio maiore. unī Auic.i.iii.in trac.y.c.de cura epilēsie. Ille cuius cōsuetudo nō tolerat ut semel reficiat:diuidat cibū suū q ē minor refectione sua in tribus ptibus:& sumat duas tertias in prādio & tertiā in cena post exercitiū subtile rōne sic psuadet:qm̄ illo tpe p quo natura debilis iuuat in digestione calore solari uiuifico:& resoluunt amplius supfluitates amplior sumēdus est:hoc āt magis fit in prādio q̄ in cena: ergo &c. Præterea in die calor uitalis adest solaris & locis digestiuus cū sit uitę pricipiū:q̄re ad digestionē diurnalē:tūc duplex operabit calidū: nocte uero nō. Et etiā nocte natura magis est circa superfluoꝝ digestionē in talibus intēta:nō est ergo impediēda multa ciboꝝ exhibitiōe. q̄uis .n.calor in plerisq; fortificet in uocte spirituū retractione & somni reductione nō tn̄ pōt hmōi calor duo:ut alimētū & superfluitates digerere. Cōuenit itaq; in his cenā breuiare. Si uero hmōi corpora sub latitudine fuerint sanitatis:aut sunt sufficiēter sana robusta supfluitatibus sensibilibus carentia:cū oēs expellāt sua uia:ut athlete:& hos expedit cena maiorare. Tu qa natura coꝝ nocte solū ē digestioni ciboꝝ intēta:& nō superfluoꝝ maturatiōi:cū illis ferre careāt. Tū qa solū robur corpis intēdūt: qđ & nocte acquirit magis cum amplior fiat sanguificatio distributio & spirituū in his gn̄atio. Sit aūt corpora fuerint a dicto tpamēto & robore distātia:sicut sunt plura usq; in ęgritudinē nūc deueniētia:talia aut exercitant exercitatio forti cōtinuo & uehementi:aut nō: si sic:ut sunt uictū manibus q̄rentes:melius est eis prādiū sup cenā maiorare. Cuius cā est: qa alimentū nō solū expetit pp nutrire:sed ppter humectare mēbra ac irrorare ne arefiāt ex forti motu:& resistat resolutioni caloris:ppter qđ oportet plus cibi exhiberi in prādio:neq; ppter exercitiū talia corpora cessant ab coꝝ digestiōe:cū ita sint ɔsueti. Vsus.n.est res p̄ter naturam. Est & calor uehemēs ppter exercitiū potēs sup digestionē in eis: ppter qđ uidemus eos ter in die cū appetitu comedere & bn̄ digerere. Si āt nō utant forti & laborioso exercitio cōtinue sicut predicti: dupliciter illud euenit:qa aut solū q̄nq; utunt exercitio forti & laborioso & nō continue: aut:solū utunt exercitio debili. cum quo stat multiplicatio supfluitatū. si utāt exercitio plurimo forti & laborioso ppter occupatiōes necessarias

in uita & ad salutē: sicut ciuiles uiri q̄ plures circa bona fortunæ negociā
tes ad salutē interdū exercitio forti & laborioso mouenť: & diu eqtantes
uel itinerantes: aut aliud quoddā fortius a cōsueto agentes exercitio: &
his utilius est cenā sup prādium amplius augere. Cuius rō est: qa si tales
prādiū augerēt cū ñ sint cōsueti adeo forti & laborioso exercitio agitari
ut priores ipsoꝝ: iā corrūperet digestio: maloꝝ humoꝝ generatiua. Itē
pp motū supfluū calor hoꝝ dissematiōe est debilitatus: cuius quidem
unitio q̄ magis nocte fit q̄ die potissima est fortitudinis & digestiōis cā:
q̄re in cena instāte nocte alimētū amplius pōt administrari. Itē isti prius
nō laborioso utebanť exercitio: & sic corpus eorū humiditatibus plenū
est: qbus & paruo cibo sufficiēter pōt resisti resolutiōi & exsiccatiōi factis
p motū in die occurrētē. Si uero paucis debilib⁹ exercitiis & paruis oc-
cupatiōibus in uita utanť: p̄cipiendū ē ipsis melius prādere q̄ cenare. Et
declarať sicut istud ni corpibus nūc ęgrotātibus apparuit. Cū. n. hi sunt
debilis digestiōis: ut plurimū iuuāť p calorē solis & lucē: ualde uiuificos:
cōfortanť. n. inde spūs ꝑpter suū simile. Ipse. n. est lux: aut effigiē habet
lucis ſm Aui. Iuuať etiā qa supfluitates: tūc melius expelluntur poris aptis
de die q̄ de nocte. Preterea nocte nō oportet eos multo cibo sed pauco
repleri: cū natura tūc intēta ē: magis circa digestionē humoꝝ crudorū:
quos somnus habet maxīe digerere ac ad benignū reducere. Licet enī
nocte digestiua fortificeť uirtus: nō tñ adeo ꝙ ualeat cibū & supfluitates
digerere. Aduertēdū est insup ꝙ in exhibitiōe cibi maioris aut minoris
in prādio q̄ in cena maxīe seruandus est usus: qa cōsuetudo ē res maxīa
in cōseruatiōe sanitatis & ęgritudine curāda. Secūdo regiminis acutoꝝ
quod ōndiť ex eo ꝙ eius mutatio & maxime subita uehemēter ē lesiua.
Vñ Dama. Mutare ɔsuetudinē nociuū est & molestū: & p̄cipue senibus.
Et iō praue cōsuetudines abolēde sunt: sed nō mox: eo qđ natura nō su-
stinet repētinas mutatiōes. Et sicut patet qđ uniuersalius maiorādū est
prandiū super cenā. cū plurime ęgritudines sunt materiales & plurima
corpa lapsa. Si tñ solū semel in die comedať melius est cibū in cena exhi
bere nisi oculi aut cerebrū patianť. tūc. n. melius est in prādio exhibere
cū nō parꝭ ęgrotantis nocet oculis & cerebro. Vlterius circa textū ē no-
tandū qđ non solū repletio nocturna: siue in cena nocet stomacho. imo
oīs repletio cibi generat. n. oppilatōes febres: putredines: apostemata:
& leprā qa est cā indigestiōis: qđ aūt oīs repletio nocitiua est stomacho
declarat Aui. xiii. in trac. i. c. de rebus: quaꝝ usu ledunť stomach⁹ & ite-
stina dicens. Ex rebus magis inimicis stomacho est repletio: & pp illud
nō augeť corpus gulosi: qm̄ cibus eius nō digeriť: quare nō crescit ex eo
corpus. Ille āt q cibo abstinet dū tñ remanet aliqd appetit⁹ eius augeť:
qm̄ stomachus eius bñ digerit cibū. Et sic ualde cauēdū ē ne stomachus

torqueat & multū grauet ex cibo: Ita ut anhelitus angustiet: & pulsus uelociter: & similiter repletio nauseatiua & fastidiū inducēs: multū est euitāda: & spetialiter ex malis nutriētibus. Nā si fastidiū sit ex grossis nutrientibus: ꝓueniunt iuncturarū dolores & renū: & podraga & grossicies splenis & epatis & regulariter ęgritudines flegmatice & melācolice. Et si fastidiū sit ex nutriētibus subtilibus ꝓueniūt febres acute & maligne: & apostemata multū acuta: igit euitāda est repletio nauseatiua: non igit tm̄ est comedēdū: qn stomacho maneat aliqs locus uacuus: nec ex toto debet desideriū sopiri: sed retineri debēt alique reliqe appetitus: & hoc spāliter obseruādū ē in hn̄tib⁹ appetitū fortē. Sūt. n. aliq quoꝝ appetit⁹ naturalr multū sopitus est: & isti forte debēt plus comedere q̄ appetūt.

Tu nunq̄ comedas stomachū nisi noueris an̄.
Purgatum uacuūq; cibo quē sumpseris ante
Ex desiderio poteris cognoscere certo
Hęc tua sunt signa subtilis in ore dieta

¶ In hoc textu ponunt aliqua p̄cepta quę hō sane cupiens uiuere necessario debet obſuare āte sumptionē cibi. Quoꝝ primum est ꝙ hō non debet sumere cibum nisi nouerit stomachū suū esse purgatū a malis humoribus quod fit ꝑ uomitū expellendo humores putridos & malos in eo existētes: qa si sumeret cibus prædictis malis humoribus in stomacho remanētibus ex cōmixtione talium humorū cū cibo: cibus sumptus corrūperet. Secūdū pręceptū est: ꝙ hō nō debet sumere cibū de nouo nisi pręsenserit cibum sumptū in stomacho suo fore digestū & ab eo auacuatū: qa nihil est deterius in humano corpe q̄ intromittere cibū sup aliū q non est digestus: sed digeri icipit. Nā supassumptus cibus prioris digestionē ichoatā impedit. Et digestio prioris ante cōplebit q transiens ad epar ꝑ uenas miseraicas ducet secū cibū supassumptū indigestū: unde crudi humores in corpe multiplicabunt. Vlterius in textu ponunt duo signa euacuatiōis stomachi a cibo p̄assumpto. Primum est desideriū certū. i. uera fames. Et pro intellectu isti⁹ sciēdū est ꝙ duplex est fames. s. uera & mendosa. Verā Gal. describit. ii. Amphorismorū in cōmēto illius canonicis ubi dicit. Indigētia nō oportet laborare. dicēs. Certa fames est cū homo cibo indiget: unde imensus sequat appetitus. Sed mendosa fames est cibi appetitus corpe non indigēte. Et sic ut uera fames fit ex cōstrictione & corrugatiōe uenaꝝ officii stomachi ꝓcedētibus a succiōe mēbroꝝ inanitoꝝ cibo indigentiū. sic mēdosa fames solet ab his fieri q̄ stringūt & rugāt orificiū stomachi mēbris cibo nō egētib⁹: ut ab actu frigidis stipicis aut accetosis. Et istius signi & secūdi precepti

p̄cedētis cōmemorat Auic.i.i.doctri.ii.c.de eo qđ comedit sic ingēs.
Oportet p̄terea ne aliqs comedat nisi post desideriū:neq; in hoc tardet cū desideriū ebullierit.i.forte fuerit nisi mēdosum fuerit,ut ebriorꝝ desiderii:& hn̄tiū fastidiū:qm̄ tollerare famē stomachū putridis replet humoribus.Et postea eodē capitulo dicit:Et neq; ip̄e neq; oēs q sanitatem habere uolunt aliqd comedāt nisi desideriū fuerit certū & stomachus & supiora intestina a p̄io nutriēte euacuata fuerint.Quod.n.in corpore existit deterius ē si nutriēs supnutriēs qđ nō est digestū mittet.Secūdū signū qđ significat sup certo desiderio siue certa fame est subtilis dieta p̄cedens.i.parua administratio cibi:qñ.n.illā sequit fames significat esse certa & uera.Sciēdū est insup q̄ ī una & eadē refectiōe pessimū est simul multos & diuersos cōiūgere cibos:ut carnes & pisces uel pullos & porcū:& postea p̄longare tp̄s in comedēdo:qa primus cibus iā digeri incipit cū aduenit ultimus:& sic p̄tes cibi dissimiles fiūt in digerendo:sic qđ p̄assumpte prius digeste sunt q̄ postremo sumpte sue digestionis mediū attigerit:uñ fit q̄ q̄dā corrūpūt alias.Et istud innuit Aui.in.i.doc.ii.c.de eo qđ comedit dicens.Et nihil qdē deterius est q̄ diuersa nutrimēta simul adiūgere:& post hoc in comedēdo tp̄s p̄longare:cū.n.postremū nutriēs aduenit primū iā incepit digeri:nutriētes ergo p̄tes in digerendo nō similant.Sciēdū est tñ q̄ p̄longatio ī comedēdo moderate facta fere una hora:grā bonę mastigatiōis & transglutitionis est laudabilis & plurimū cōferēs ad cōseruationē sanitatis:qa p̄fecta cibi mastigatio cū morosa transglutitione siue ingluuie est ueluti media digestio:sed mala mastigatio uel digestionē cibi impedit uel uehemēter retardat:sed p̄lōgatio in comedendo cum interlocutionibus & pausis duabus uel tribus horis est plurimum nociua:& sequunt ex ea nocumenta p̄enarrata.

Persica:poma:pira:lac:caseus:& caro salsa.
Et caro ceruina:leporina:caprina:bouina.
Hæc melancolica sunt infirmis inimica.

¶ In hoc textu tangunt decem cibi siue alimēta melācoliā gñatiua aut infirmis inimica.Quorū primū est comestio persicorꝝ:de qbus Gal.ii.ali.c.xix.dicit q̄ & horum succus & qđ uelut caro facile corruptibilis est:& oīno qdē prauus:quare nō oportet:sicut qdē est post aliud alimētū offerre:corrūpunt.n.supernatātia.Meminisse āt oportet huius qđ cōe in cibus:q̄cunq; cacochima humida lubrica & facile subire potentia:pp hoc oportet ipsa comedere priora aliis:sic.n.ipsa celeriter subeunt:& illis uiā faciūt:ultimo āt sumpta simul corrūpunt & alia.Et ita patet q̄ istud dictū debet intelligi de p̄sicis comestis post cibū alium:quia ipsa sumpta ante cibum bona sunt

Melancolicus Cibus Persica poma pira Lac Caseus Caro salsa Caro ceruina Caro leporina Caro caprina Caro bouina

stomacho uentrē lenientia atq; appetitū ꝓuocantia. Iuxta illud Auic. II. cano. c. de psicis: dicētis. Matura sunt bona stomacho: & in eis est uirtus faciēdi appetitum cibi. Et subdit Auic. Et oportet qđē ut nō comedant post alium cibū: qm̄ corrūpunt post eū: sed p̄cedant ante cibū. Similiter Serapion in aggre. c. de eis: auctoritate Diascoridis ait: matura ex psicis sunt bona stomacho & molliunt uentrē. Immatura uero stringūt: & qñ desiccant stringunt fortius: & decoctio siccorū qñ. s. bibit ꝓhibet fluxū humiditatū ad stomachū & uētrē: & qñ trita sup locū puluerizant unde fluit sanguis abscindēt eum. Et licet prænarrata habeāt iuuamēta: qa tñ humorē generāt putrefactibilē: nocitiua sunt infirmis: & maxime qñ indebite sumunt. Et sunt psica frigida in prīo gradu & humida ī secundo. Secundū ē pira siue comestio piroꝝ. Et cā eius est: qa pira & generaliter oīs fructus recēs nō coctus replet sanguinē aquositate buliēte in corpe: & sic p̄parāt sanguinē ad putrefactionē: & p cōsequēs nocēt ęgris. Pira similiter ut dicit Auic. ii. cano. c. de eis: a ꝓprietate inducūt colicā: lp̄a tñ inter cęteros fructus multos īpinguāt: ꝓpterea porci ex ipsis piris īpinguant plusq̄ ab aliqbus aliis fructibus. Et qa pira uentositatē generāt: & sic inducūt colicā. Vsus habet ꝙ pira & alii fructus uētositatē faciētia cū carnatiuis. i. uētositatē expellētibus comedūt: uel possumus obuiare nocumēto ipsoꝝ supbibēdo uinum uetus odoriferū: & meliora pira sunt q̄ magis odorifera sunt: & magis dulcedinē pticipantia: & ēt meliora sunt decocta q̄ cruda: & pñt decoq cū anisofeniculo & zuccaro. Tertiū est comestio pomoꝝ: de qbus dicit Aui. ii. cano. c. i. ꝙ assiduatio comestiōis coꝝ facit euenire dolorē neruoꝝ. Et poma ēt mala hñt ꝓprietatē in generādo uētositatē in secunda digestiōe: q̄re nocēt ęgris: & ēt pp similem cām ill: q̄ dicta est de piris. Et ista dicta de piris & pomis maxīe intelligēda sunt de ipsis crudis & nō de ipsis coctis. Et nedū isti fructus ab infirmis sunt uitādi: imo oēs fructus īplentes sanguinē aquositate ebuliētes ut fructus recētes: quoꝝ succus in humano corpe ebulit sicut mustum. & succus fructuū ebuliunt exterius ī uase: & hoc pp calorē solis derelictū in eis cū maturabant. Isti. n. fructus pp ebulitionē succi coꝝ preparant sanguinē ad putrefactionē: licet ꝓ hora q̄ sumunt iuuamentū p̄stent humectatiōis. Et de hac cā Aui. febricitātibus ꝓhibuit fructus maxīe recētes in. iiii. trac. ii. c. yii. dicēs. Et oēs fructus nocēt febricitāti cū ebulitōe sua & corruptiōe in stomacho. Quartū est comestio lactis. Cuius cā est: qa lac de leui corrumpit: & in fumū aut acetositatē cōuertit ī stomacho immundo: sicut ut plurimū est stomachus febricitantis febre putrida: & ergo febricitantibus febre putrida nō cōcedit. Et similiter est malum habentibus dolorē capitis & siticulosis & pluribus aliis: de qb⁹ loquitur Ipocras. y. pticula amphorismoꝝ: amphorismo illo. Lac dare caput do-

lentibus malum &c. Verū est tñ q̄ in aliq̄bus passionibus cōuenit sicut in ptisi & ethica & aliq̄bus aliis ꝑut ēt dicit Ipocras amphorismo iā allegato: & ēt inferius aliq̄d dicet ibi. Lac ethicis sanū &c. Et licet lac in p̄dictis passiōibus uitupet: in sanis tñ laudabile ē: & hoc si in stomacho & epate bñ digerat: tunc. n. intestina lauat sua aquositate: & mundificat butirositate sua: humoribus uenenosis repugnat: mēbra humectat: caseitate sua uulnera pectoribus iuuat & pulmonis gutturis renū quoq; ītestinorum & uesice morsurā acutorū humorū in intestinis mitigat: quia uisceribus inuiscat: & humorū ꝓhibet morsum. Præterea cōuenit lac corpibus tēpatis: quorū stomachus mūdus ē a colericis & fleumaticis humoribus. In his. n. lac bñ digestū multū dat nutrimentū: laudabilē sanguinē generat carnē augmentat: totū corpus laudabiliter humectat: exteriora pulchra facit. ut refert ysaac in dietis uniuersalibus. Et ibi etiam auctoritate Ruffi dicit q̄ lac bibētes ieiunos esse oportet & bibat calidū cū exeat ubera: neq; aliq̄d comedat quousq; digerat: & labor & nimi⁹ motus caueatur. Non est tñ quiescendū oīno a deambulatiōe sed deambulandū est suauiter quousq; in stomachi fundū descendisse sentiat. In distēpatis uero corpibus lac nō cōuenit. In calidis. n. corpibus cito mutat in fumositatē & colerā. In frigidis uero in acetositatē & putredinē. In stomacho etiā īmundo lac non cōuenit: q̄a in eo corrūpit. Circa electionē āt lactis sciendū est q̄ magis eligendum est lac mediocre in uia nutrimēti & non subtilissimum sicut lac cameli aut ēt asininū neq; pinguissimū & grossissimum: sicut lac uaccarū & pecudū. Eligendū est igit lac capre: nō. n. habet tm̄ aquositatis sicut lac cameli quod non est aptū ad nutriendū rōne nimie humiditatis: sed uētris subductiuū: nec habet tm̄ pinguedinis & grossiciei seu caseitatis & unctuositatis sicut uaccarū & pecudū quod pp grossiciem & unctuositatē est uenarū oppilatiuū: uētositatū generatiuū: & difficilioris digestionis quā sit necessariū in regimine sanitatis. Eligat igitur lac capre nō nimis ꝓpinque partui: nec nimis distātis a partu nō pinguantis: nutrite in bonis pascuis & in tēpore quo reperiunt meliora pascua. Quintū est comestio casei & pōt intelligi de omni caseo maxime tamē de ueteri. Cuius rō est: q̄a caseus recens est frigidus & humidus & grosse substātiæ & difficilis digestionis & oppilatiuus & lapidis generatiuus & non multū cōpetit uia cibi in regimine sanitatis: Et caseus uetus est calidus & siccus pp sal. facit cibū digeri & difficulter digerit parum nutrit & male: in stomacho nocet: & nimis desiccat: & minus competit q̄ recens. Et si aliquis caseus est medius inter nouū ueterē & uiscosum & frangibilem durum & molem: & parum declinans ad aliqualem dulcedinem: non nimis salsus: nō lachrymosus: cū inciditur saporis delectabilis & boni odoris: cuius in stomacho mora nō diuturna ex bono lacte

cõueniẽter fact⁹ sufficiẽter unctuosus: talis utiq; caseus bonus est: & inter alios magis est diligẽdus: & post cibũ sumptus nõ multa quãtitate: multa uero quãtitate stipatus in uia cibi uniuersaliter est malus: stomachum grauans & inobediẽs digestioni: & oppillatiuus: & lapidis in renibus: & humorꝶ grossorꝶ ĩ corpe & uentositatũ generatiuus. Solũ igiť ille caseus est bonus quẽ dat auara manus. Sextũ est caro' salsa. Caro.n. salsa siue sole siue fumo exsiccata cuiuscũq; generis aut aĩalis fuerit generata sanguinẽ grossum & melancolicũ: & p cõsequẽs nocet infirmis: nec est cõueniens sanis. Et istud innuit Aui.ii. in doc.ii.c.xv. in fine dicẽs. Et exẽplum spissi pauci nutrimẽti mali chimi.i. mali humoris est caro solita. Septimũ est caro ceruina: q̃ similiter est sanguinẽ mẽlacolicum generãs. teste Rasi. in Almãsore. c. de aĩalibus siluestribus & domesticis. Octauũ ẽ caro leporina q̃ similiter sanguinis melancolici est gñatiua. Dicit.n. Rasis de ea loco pall. Ipsa.n. plus aliis melancoliȩ gñatiua est. Et de ista ẽt dicit Isaac in dietis uniuersalibus ꝙ nõ cõuenit in uia cibi: sed solũ in uia medicinȩ. Et ẽ sciẽdũ ꝙ ista caro leporina & similiter ceruina cũ puenerit ad antiqtatẽ simpliciter sunt euitãde. si tñ aliquo mõ cõueniãt meliores sũt iste carnes cũ partui sunt ꝓpinque: ut siccitas eorꝶ obtẽpeť ab ȩtate: & ẽt sunt euitãde: nisi sint pigues: nã ex ea piguedine obtẽpať siccitas. Nonũ est caro caprina. Decimũ est caro bouina: qa iste carnes etiã sunt carnes melãcolicȩ. Nã Isaac in dietis uniuersalibus de eis dicit. Caro caprina & bouina sunt pessima dura in digestiõe tarda: & digesta grossum generãt sanguinẽ & melãcolicũ. Et Aui.ii. cano. de carne caprina dicit. Caprina uero nõ est bona multum: & eius humor fortasse est malus ualde. Et sub istis ẽt intellige carnẽ hircinã & uaccinã q peiores sunt p̃dictis carnibus .s. caprinis: & bouinis. Nã de eis dicit Auic.ii. cano.c. de carne. Et caro uaccina & ceruorꝶ hircorꝶ siluestriũ & magnarꝶ auiũ facit euenire febres quartanas. Et de carne uaccina adhuc dicit ꝙ caro uaccina plurimi nutrimẽti ẽ grossa melãcolica generãs ȩgritudines melãcolicas. Et ulteri⁹ dicit qđ caro uaccina generat leprã. Et de carne hircina dicit qđ ẽ mala absolute. Quia iam textus locutus ẽ de carnibus uitãdis: & maxime aĩaliũ quadrupedũ. Videndũ est ulterius de carnibus aĩaliũ quadrupedũ. Et qa circa electionẽ carniũ aĩaliũ quadrupedũ cõtrouersia uť inter auctores medicinȩ. Quidã.n. dicũt carnes porcinas eẽ meliores sicut Gal. & qdã alii. Alii uero dicũt quod carnes edinas esse meliores: sicut Rasis Auic. & Auer. licet Auer.v. colliget ĩponat Aui. qđ dixerit carnes porcinas esse meliores: qđ tñ nõ dicit auctoritate ꝓpria: sed auctoritate christianorꝶ. alii uero laudãt uitulinis p̃aliis. Secundũ ẽ qđ electio & melioritas carniũ aĩaliũ quadrupedũ põt multipliciter attendi. Primo modo ex pte maioris nutrimẽti & irresolubilioris & carnib⁹ humanis similioris.

Et isto modo caro porcina cæteris est melior. Primo ꝑpter maximã similitudinẽ quã habet cũ carnibus humanis: teste Gal. iii. alimentoꝝ ubi dicit: porcinę át carnis similitudinẽ ad hoíes addiscere: est ex eo ꝙ qdã comederunt humanas carnes ut porcinas nullã suspitionẽ habẽtes ſm gustũ ipsaꝝ & odorẽ. Et Auic. ii. cano. c. de sanguine ait. Sanguis hoís & sanguis porci sunt similes in oí re: ita ut qdã fuerunt q uẽdebát carnem hoís ac si esset caro porci: & occultatũ fuerat illud usq; quo inuẽti fuerũt in ea digiti hoís. Et istud idẽ sentit satis Auerro. v. colliget. c. de carne. Secũdo qa caro porcina ualde nutritiua est. Ná dicit Gal. iii. alimẽtoꝝ. Oíum edibilioꝝ caro porcoꝝ est maxime nutritiua: & huius expiẽtiam euidẽtissimã hñt athlete. Et postea eodẽ libro ait: porcoꝝ carne nullum aliud ãplioris nutrimẽti hẽbis sumere. Tertio qa generat alimẽtũ stabile fortiter resistẽs resolutioí. Et ista fuit mẽs Galieni multis passibus ubi nõ paꝝ ꝑfert porcinas carnes cęteris carnibus. s. in octauo de ingenio: ubi dicit. Cęteris carnibus porcina laudabilior est si porcus mõtana incoluerit: post porcũ edus. Et similiter in qnto teraputice ubi dicit. Quadrupedũ caro laudabilior est porcina in calore & humiditate tempata. eiusq; cibus plurimos & sangue ab ea generatus oí melior est sanguine. Et istud ueritatẽ habet de carne porcoꝝ nõ antiquoꝝ: qa coꝝ caro indigestibilis est: nec iuuenũ: siue lactentiũ: qa caro coꝝ humidissima est: sed ętate mediocriũ: puta unius anni uel duorũ tã domesticorũ q̃ siluestriũ. Verisimiliter tñ estimãdũ est qđ porci siluestres sunt domesticis meliores: qa carnes porcorũ domesticorũ sunt plus debito uiscosiores. Et de carnibus porci siluestris siue apri di. Aui. ii. ca. c. de carne. Xp̃iani uero dixerunt: & q eos imitanť qđ melior caro siluestris est caro porci siluestris. nã cũ hoc ẽ leuior carnibus domestici porci: est fortis nutrimẽti & plurimi: & est uelocis digestions: & est melior q̃ esse põt in hyeme. Et ex isto ulterius seqť ꝙ ꝑdicte carnes porcinę multũ laudabiles sunt corpibus iuuẽibus sanis & fortibus, laboratibus nõ dispositis ad oppilatiões: & his q impinguari q̃runt: qa talia corpa indigẽt plurimo nutrimẽto & difficulter resolubili. Et ergo dicit Ra. in Almã. c. de uirtute carnium. Caro uero grossa multũ laborantibus cõueniẽs est: subtilis uero his qui prædictis sunt cõtrarii cõuenit. Et idẽ uult Aui. in. i. c. de regimine eius qđ comediť dicẽs. Exercitati præterea & multi laboris magis sunt tollerãtes nutriẽtia grossa: alio mõ põt attendi melioritas & electio carniũ ex ꝑte tempate cõplexiõis earum: facilis digestiõis & sanguinis ex ipsis generati tẽpantiã. ut. s. illa caro dicať melior q̃ tẽpate est coplexiõis, facilis digestiõis sanguinẽ generãs tpatũ i caliditate & frigiditate subtilitate: & grossitate. Et isto mõ caro edina est melior & laudabilior cęteris ut. uult Rasis Auic. & Auer. Nã dicit Rasis in Almã. c. de aialibus siluestribus

& domesticis. Edina caro est tpata nullā in se hñs malitię admixtionem q̄ licet tpatum genere sanguinem: laborātibus tñ non cōgruit. cui nulla alia caro p̄ferēda est. Nō est. n. adeo debilis ut ex ea uirtus minuat: neq̧ eius nutrimentū adeo multū est & grossum ut ex eo ꝓueniat repletio. & grossus generet sanguis. Sāguis quoq̧ q ex ea generat inter subtilem & grossum: ac inter calidū & frigidū existit. Et ista caro nō conuenit multū laborātibus. sed iuuenibus tpatis exercitio medio cri utētibus: qa ista caro generat sanguinē forti exercitio uel laborare faciliter resolubilē: licet non exercitio medio cri. Et sicut quo ad istā intentionē caro edina inter carnes domesticas. Ita caro capreoli inter carnes siluestres est melior. Et post istā carnē edinā plurimi medicoꝝ sicut Ra. & Auer. ponūt carnē arietinā. Et dicit Auer. y. colliger. c. de carne: ꝙ est hęc opinio maioris ptis medicoꝝ p̄ter gali q abominat carnes arietū. Et uī sibi: qa caro uituloꝝ est melioris nutrimēti quā arietina. Et forsan gali hic attēdit melioritatē nutrimēti ex eo qđ est plurimū nutrire: & nutrimentū dare magis irresolubile: qđ magis uī cōuenire carnibus uitulinis quā arietinis: cū arietine magis humide sint. Tertio mō pōt attendi melioritas & electio carniū ex pte minoris uiscositatis & melioris odoris eaꝝ. Et sic carnes uituline sunt meliores aliis carnibus. Et istud inuit Auer. y. collet. c. de carne dicēs. Et carnes uituloꝝ sunt bonę carnes: iō qa nō hñt illā uiscositatē frigiditatē & siccitatē quā hñt carnes boninę ueteres: & carnes eorū sunt magis odorifere aliis carnibus: & q̄tū est in hoc meliores sunt carnib⁹ edinis: qa in carnibus edinis manifestat q̄dā muscillago. i. uiscositas añq̄ coquant: sed carnes edinę sunt meliores uitulinis: qa meliores generāt humores. Et ex isto patet qūo nō est tāta cōtrouersia inter auctores medicinę sup electiōe carniū q̄ a prima facie apparet. Notandū est insup ꝙ carnes aīaliū siccę cōplexiōis meliores sūt circa ptū q̄ distantes multū a ptu: ergo edi & lactentes uituli meliores sunt hircis & bobus: qa siccitas primæ ętatis humiditate corrigit. Sed carnes aīaliū cōplexionis humidę sunt meliores distantes a partu. & circa partū deteriores: quia sua nimia humiditas ꝓcessu ætatis exsiccātis. s. iuuētutis corrigit aut tollit: & ab humiditate primæ ętatis crescit. Et iō iuuenes castri arietes. s. unius āni sunt meliores & minus uiscosi lactētibus agnis: & porci unius anni uel duorū meliores lactentib⁹ porcellis. Et ergo bñ dicit Aui. iii. c. de regimine eius qđ comedit. Oportet autem ut cibus supple sanitatis cōseruatiuus sit tales q̄les sunt carnes: & ꝓprie carnes edorū & uitulorū lactentium paruorum & agnorū animalium. Et ex hoc patet ꝙ in temporibus & complexionionis humidis magis competunt carnes declinā tes ad siccitatem ut assentur. In temporibus siccis & complexione & ętate siccis magis competunt carnes declinantes ad humiditatem.

¶ In hoc textu ponunt tria alimēta q̄ in modica q̄titate multū nutriūt

Oua recentia: uina rubentia: pinguia iura.
Cum similia pura naturę sunt ualitura.

Quorū primū est oua recētia: quia sunt de his que in modica quātitate multū nutriūt: ut innuit Auic. ii. can. c. de ouis. Et idē uult. iiii. in. c. i. ubi dicit: nutriēs uero paruę q̄titatis: & multi nutrimēti sunt oua & galloꝝ testiculi. Et illud idē in multis aliis locis repetit. Circa electionē ouoꝝ sciendū est oua q̄ gallinarū & ꝑdicū & faseanorū iuuenū & pinguiū sunt bona in sanitatis regimine: & aliis ouis simpliciter meliora: unde oua puula lōga sunt bona, uñ filia p̄sbyteri iubet ꝑ lege teneri. Quod bona sint oua cādida lōga noua. amplius oua tremula. i. ꝑ decoctionē aliq̄liter inspissata: ut ī manu tenētis in cortice suo uideant tremere: sunt meliora duris & sorbilibus: & sunt multi nutrimēti: & facilis & bone digestiōis: & generāt sanguinē maxime cordi ꝓportionabilē. unde cōualescētibus senibus & debilibus maxime cōueniūt: & maxīe uitella. unde Auic. in trac. de uiribus cordis uult ꝙ uitella ouoꝝ aīaliū bonę carnis sicut gallinaꝝ ꝑdicū & falseanoꝝ: licet nō sint medicinę cordi: multū tñ cor cōfortāt. Et postea subdit q̄ cito ī sanguinē cōuertunt: & post cōuersionē pauca hñt sup̄fluitatē: & generāt sanguinē subtilē & clarū: & ergo maxīe ɔfortāt cor gñando sanguinē ei ꝓportionabilē. Et ulterius dicit ꝙ multū ualēt in dissolutiōe substātiæ sp̄ūs & diminutiōe sanguinis cordis. Sorbilia uero oua facilis sunt digestiōis: & leniūt pulmonē: & pectus: uētrē lubricant: & minus nutriunt q̄ tremula. Dura uero oua ꝑ decoctionē facta ad digerendū sunt difficilia: & nutrimētū exhibēt grossum: & tarde a stomacho descēdens: & tarde penetratiuū. Notādū est insuꝑ q̄ ex diuersitate p̄parati̇ōis: ouoꝝ eē acq̄rit in eis bonitas uel malitia: aut enim sunt assata: aut elixa: aut frixa: aut in iure sunt cocta. Assata elixis grossiora sunt: & ad digerendū duriora: q̄a focus substantialē eorū humiditatē desiccat. Et fiunt duobus modis: aut. n. cum corticibus inter calidos cineres ponunt: aut in testis frāgunt. In testis fracta peiora sunt aliis. Illa āt q̄ cū corticibus īter calidos cineres ponunt duob⁹ fiūt modis: aut īter cineres ponunt tota: aut sup carbones pti discoopta: q̄ ī cinerib⁹ ponunt tota sunt peiora: q̄a cū calor foci circumeat: fumositates retinet: discoopta sup carbōes posita fumositatē emittūt: & mūda fiūt. Elixa ī aq̄ meliora sūt q̄ assata: q̄a aq̄ humiditas calori foci ī humiditate desiccāda repugnat. Et fiūt duobus modis: aut. n. cū corticibus elixant: aut īfra aquā frāgunt. Cū corticibus peiora sunt aliis: q̄a cortices ꝓhibēt dissolutionē fumositatū & grossiciei. In aqua fracta calor aq̄ tpate penetrat: & grossiciem suā subtiliat: & aufert

Oua recentia ... optima

quod spūs uberles exeūt p fleubothomiā: cuius rō pōt esse: qa cū multa euacuatiōe sanguis q̄ fit p fleubothomiā necesse est ēt multitudinē spiritū euacuari. Tertio tāgit remedia p q̄ spūs emissi refocillanť: & iterato multiplicanť: & dicit qđ ex potu uini subito regeneranť spūs: quia oīum sobito nutriētiū maximū est uinū: ut prius dictū ē: & spūs ēt regeneranť & refocillanť ex cibo: sed hoc sit lente & non subito sicut ex uino: & cibus q debet dari erit digestibilis: & multi sanguinis gñatiuus: sicut oua sorbilia: & similia. Et circa istud sciendū est qđ licet cibus regeneret spūs post fleubothomiā: tñ debēt cauere patiētes a multo cibo in pría & scđa die. Vnde dicit Isaac i dietis: cibus ē eis minuēdus & potus augēdus. s. respectu cibi: nō tñ respectu suę cōsuetudinis: imo minus debēt bibere q ante fleubothomiā: qa uirtus digestiua debilior est. Quarto ponit autor. xi. iuuamēta fleubothomię debitę factę. Primū est qđ tēperata fleubothomia cōfortat uisum: qa minuēdo humores ēt minuit effumationē ad caput & repletionē eius: offuscantes uisum. Secūdū est qđ clarificat: & sincerat mentē & cerebrū ꝑpter similē causam. Tertiū est qđ calefacit medullā: qa minuit sup̄fluitates q̄ ad eā ueniētes ipam īfrigidāt. Quartū est qđ purgat uiscera. i. īteriora: qa exonerata natura a sanguine: humores crudos in īterioribus cōtētos melius digerit. Quintū est qđ fleubothomia restringit uomitus & fluxū uētris: qa diuertit humores ab interioribus ad exteriora. Et istud uult Aui. lo. p̄a. dicēs: āplius fleubothomia ꝑpterea qđ ad diuersa trahit: naturā ſm plurimū retinet. Et istud maxīe uerū est qñ fleubothomia fit de uenis brachii: nā fleubothomia facta de uenis pedū nō sic retinet: potest tamē per accidēs cōtingere qđ ad fleubothomiā sequať maior fluxū uētris: & hoc dupliciter. Primo qa ex fleubothomia facta tolliť onus naturę: tunc. n. uirtus cōfortata aliqñ ꝓuocat alias euacuatiōes. Secūdo si fluxus uentris fiat ex multa debilitate uirtutis contentiue: tunc. n. qa ex fleubothomia debilitať uirtus: magis augebitur fluxus uentris. Sextum est qđ fleubothomia facit puros sensus: qa minuit euaporationē ad caput unde turbanť sensus. Septimū est qđ ipsa iuuat somnū impeditū: qa per ipsam euacuanť humores plurimi a qbus eleuanť uapores acuti & diuersi impediētes somnū. Octauū est qđ ipsa tollit tedia & grauitates nimias: qa per ipsam uirtus exonerať a suo grauamine: & ēt educto per ipsam sanguinē educiť simul melancolia fex sanguis q̄ inducit tedia & grauitates. Nonū est qđ ipsa confert auditui: qa per ipsam diminuunť uapores & humores ascēdētes ad caput impedientes auditū. Decimū est ꝙ ipsa cōfert uoci: qa per ipsam diminuunť superfluitates & humiditates quę possent peruenire ad pectus uel cannā pulmonis & īpedire uocē. Vndecimū ē ꝙ ipsa auget uires: qa per ipsam corpus a suo grauamine exonerať: quare uirtus augmentatur.

¶In hoc

¶ In hoc textu autor tria facit. Primo dicit qd' isti tres menses .s. maius September Aprilis sunt mēses lunares: & i eis sunt dies ꝓhibiti a fleubothomia: uidelicet prima dies maii: & ultima Septembris & aprilis: & istud cōmunes dicūt: uerum tamen est dictum fictū: nec alicuius ualoris: imo ꝑdicti dies pñt esse ita boni & electi sicut & alii: fm ꝙ diuersa constellatio in eis potest esse. Et subdit autor ꝙ in talibus diebus nulli uesci debēt carnibus anseris: qd etiā falsum ē & erroneū: & magis sortilegio attribuēdū: & forte autor & istud habuit a iudeis q istū ritū obseruant. Secūdo dicit ꝙ senex senectute & nō a senio & iuuenis uenas plenas habētes sanguine minui possunt oī mēse: qa isti nō faciliter resolubiles sunt: nec in eis solū paucus est sanguis bonus: imo multus. Tertio dicit ꝙ incisio uene ꝓ regimine sanitatis custodiēdo debet fieri in aliquo istoꝝ triū mēsiū: q sunt maius: sept ēbris: & aprilis: differēter tñ: qa in aprili & maio debet incidi uena epatis propter multiplicationem sanguinis eo tempore: cū sit tempus uernale: & in septembri uena splenis propter melancoliam quæ tūc habet multiplicari: cum sit tempus autunnale.

Tres insunt istis maius september aprilis
Et sunt lunares sunt uelut ydra dies.
Prima dies primi postremaqꝫ posteriorum
Nec sanguis minui nec carnibus āseris uti
In sene uel iuuene si uene sanguine plene
Omni mense dene confert incisio uene
Hii sunt tres mēses maius september aprilis
In quibus eminuas ut longo tempore uiuas

¶ Hic autor ponit .xii. quę impediunt fleubothomiā. Primum est frigiditas cōplexionis. Cū .n. fm Gal. i megategni fleubothomia infrigidat: tūc augmentaret frigiditatē: causa aūt quare fleubothomia infrigidat est: quia fm Isaac in urinis: sanguis est fundamētū caloris naturalis .i. illud in quo calor naturalis seruat: & qa fleubothomia sanguinē euacnat: iō & calorē naturalē: & tunc p cōsequēs infrigidat. Scđm regio frigida uehemēter: sub qua debet cōprehendi tēpus multū frigū qd' etiā ꝓhibet fleubotho-

Frigida natura frigens regio: dolor ingens
Post lauacrum coitum minor ętas atqꝫ senilis.
Morbus prolixus repletio potus & esce
Si fragilis uel subtilis sensus stomachi sit
Et fastiditi tibi non sunt fleubothomandi

miā : quia in regiōe & tpe mult ū frigidis: sanguis in frigiditate corpis includit: & ille q circa extremitates existit a frigiditate cōdensat & ineptus fit ad hoc qd fluat. Tertiū est intensus dolor sub quo ēt pōt cōprehendi nimia corpis inflāmatio: qa si in istis accidētibus fieret fleubothomia sequeret motus agitatiuus q est cōtrarius naturę: cū sit difformis & maior inflamatio q̄ etiā est naturā magis debilitans: & cā motus agitatiui in dolore intenso est: qa fit tractus ad diuersas ptes: p fleubothomiā. n. fit tractio ad locū fleubothomatū: & ex dolore forti fieret tractio ad locū doloris: causa uero maioris īflamatiōis est: qa ex fleubothomia cōmouent humores: q̄re magis inflāmant ex motu: & istud uerū est qñ fleubothomia sit pua & artificialis: si tñ fiat usq ad sincopim pdesti pdictis casibus: qa ista cū uicit attractioē doloris nō facit motū agitatiuū: & simil'r tollit iflāmationē cū nō sint humores ibi q cōmoueant & calefiant & maiorē in ā mationē inducūt. Et istud uoluit Gal. in cō. illius amphorismi. i. pti. ampho. quę egerunt: cū dixit: quod nō est melior medicina in apostemate uehementis inflāmationis: & similiter in febribus & dolore forti q̄ fleubothomia. Quartū est balneū & maxime resolutiuū : tale. n. phibet fleubothomiā: qa tale etiā est euacuatiuū iā natura nō facile tolerat euacuationē sup euacuationē. Quintū est coitus īmediate p̄cedens: post talē. n. non statim debet fieri incisio uenę: qa ex hoc maxima debilitatio naturę sequeret: cū p coitū prius natura debilitata sit. Sextū est ętas maior uel minor q̄ reqrit ad fleubothomiā: sicut ętas infantię & etas senii: put declaratū est prius. Et ista impedimēta tāgit Auic. lo. pal. dicēs: tibi quoq cauere debes a minuitione in cōplexiōe uehemētis frigiditatis : & in regionibus fortis frigiditatis: & in hora fortis doloris: & post balneū resolutiuū & post coitū: & in ętate q̄ est minor. xii. ānis senū q̄to magis poteris: nisi in figura cōfisus fueris: & in soliditate muscolo℞ & uena℞ amplitudine: & ea℞ repletione & coloris rubedine: & ulterius subdit: hos nāq ex adolescentibus: & senibus fleubothomare audiebis. Adolescentes tamen s̄m ordinem ad fleubothomandum paulatim prouehere debes cū pauca minutione. Septimū est morbus prolixus: quia tunc ex tali fleubothomia natura dupliciter debilitat: puta a morbo plixo & a minutione. Et istud est uerū s̄m Aui. lo. pal. Nisi sanguinis affuerit corruptio : quia si sic fleubothomia pōt conuenire. Octauum est nimia repletio potus. Nonum est nimia repletio cibi: sub qua etiā cōprehēdit indigestio cibi. Et causa horū est qa s̄m Auic. in. i. attrahentia sunt tria. s. uacuū: calidū: & tota speties. Si ergo uene p fleubothomiā a sanguine euacuarent cibū indigestum uel supfluū siue potum supfluū a stomacho uel epate attraherent q indigestus ueniens ad mēbra non corrigeret: qa tertia digestio non corrigit peccatū secundę: nec secunda primę: si peccatū sit magnū

ꝑpter q̄d in mēbra nō conuerteret: sed ibi remanens posset esse cā ęgritudinis. Decimū est fragilitas.i.debilitas uirtutis: fleubothomia.n.est fortis euacuatio: ſm Gal.ii.ampho.in cō.illius. In quo morbo: sed uirtus debilis nō pōt pati motū fortē. Vndecimum est subtilis sensatio orificii stomachi: ꝙ p̄cordiū dicit̄: qa ex fleubothomia in tali statim sequit̄ sincopis. Et sub isto etiā cōprehendit̄ debilitas stomachi: & facilis fluxus colerę ad orificiū eius inducens ad uomitū facilē colerę. Vnde inhabentibus p̄dicta accidētia nō conuenit fleubothomia. Per fleubothomiā.n. humores cōmoti ad os stomachi inducerent̄ tanq̄ ad locum cōsuetum: & qa est mēbrū debile & impotēs illi fluxui resistere: ideo illis multa mala p fleubothomiā accidūt. Et hoc est una causa: q̄re qn̄q̧ aliq in fleubothomia sincopant. s. qa colera ad stomachū fluit q̄ mordicando stomachū ex cōpassione cordis & stomachi sincopim inducit. Duodecimū est fastidium. Si.n.in fastidio fieret fleubothomia cum uene euacuarent trahęrent ad se materiā malā facientē fastidium. Et plurima istorū sex ultimoꝝ accidentiū tangit Aui.lo.p̄al. Et circa istud est sciendū ꝙ p̄ter p̄dicta accidētia sunt adhuc aliqua alia ēt impedientia fleubothomiā: quoꝝ. Primū est alia euacuatio ut qn̄ est fluxus menstrorū aut emorroydarū: tūc enim debet fieri fleubothomia: & hoc ad euacuationē: licet ad diuertendum fluxum seu materiā posset fieri. Secundū est corpis siue compositiōis raritas: qa corpibus raris multū dissoluit̄: & ideo sufficit ista resolutio nec euacuatione indigent. ut uult Gal.ix.magategni. Tertiū est humorum cruditas & uiscositas: tunc enim est cauenda fleubothomia: qa augmentaretur cruditas humorum: & ꝑpter hoc in morbis longis non est faciēda fleubothomia: quia cruditas humoꝝ augmentaret̄: & uirtus debilaret̄: & morbus ꝓlongaret̄: & ideo timendū esset de casu uirtutis: & ꝑpter hoc uult Auic. ꝙ in morbis cronicis facienda est famarcia ante fleubothomiā & nō fleubothomia ante facienda: licet utroq̧ indigeant patiētes: sed cruditas humorū pōt accidere duabus de causis: una cā est ꝑpter abundantiā humorū calorē naturalē suffocantiū q debilitatus & suffocatus humores crudos generat: & tūc bene cōpetit fleubothomia. Vnde ſm Alexandrū.ii.libro suo.ca.de ydropisi: fleubothomia in principio ypozarce cōpetit cū ꝓuenit ex multitudine sanguinis menstrualis cū ꝓhibeant̄ fluere menstrua pp cām aliquā: aut ex multitudine sanguīs emorrydalis: quia sicut ignis paruus sub multa lignorum congerie suffocat̄: similiter est de calore innato suffocato sub humorū multitudine. Secūda causa cruditatis humoꝝ est caloris innati debilitas ut in illis qui sunt debilis cōplexiōis & q habuerunt longā ęgritudinem & in senibus: & tunc non cōpetit fleubothomia: qa per hoc augeret̄ cruditas: qa sanguis in quo calor conseruat̄ extraheretur: & ita corpus infrigidaretur: &

humores magis incrudarent: debet ergo sanguis dimitti ut humorum cruditatem digerat. Quartũ est aeris indebita dispositio & nimia caliditas aut nimia frigiditas: quia per caliditatem multam fortis fit resolutio: & per frigiditatem multa ineptificatio humorum ad fluxum.

Quid debes facere qñ uis fleubothomari:
Vel qñ minuis fueris uel quando minutus
Vnctio siue potus lauachrũ uel facias motus.
Debent non fragili tibi singula mente teneri.

¶ In hoc passu autor põit quinq; quæ debent fieri circa fleubothomiã: aliqua qdẽ ante fleubothomiã: aliqua ĩ fleubothomia: & aliqua post fleubothomiã. Primũ est unctio que aliqñ fit in fleubothomia: sicut ũctio fleubothomi: ut dolor leniat: aliqñ uero post fleubothomiã: ut cõsolidatio uulneris retardet ad hoc ut post fleubothomiã humores relicti in uenis aliq̃ possint habere respirationẽ & fumi aliq mali exalent. Scdm est potus & maxĩe uini q ualet in fleubothomia si sincopis accidat: & ẽt ualet post fleubothomiã p regeneratiõe nouoꝝ spirituũ & noui sanguinis: & isto mõ iã faciunt cões. Tertiũ est lauacrũ .i. balneã ꝙ ualet per duos uel p tres ante: & p duos uel tres post fleubothomiã & nõ eodẽ die: ante qdẽ: si qs timeat ꝙ habeat in se humores grossos: qa balneũ humores dissoluit & cõmouet eos: & pp hãc cãm ẽt cõpetit añ acceptio si rupi acetosi: & mot⁹ ut humores dissoluãt & subtilient: & ergo qñ debet fieri fleubothomia dẽt fricari brachiũ: ut humores existẽtes in uenis ꝓpinqs brachio subtilent & ꝑparent ad exeundũ facilius: post fleubothomiã uero ualet ut reliqę humoꝝ & uapoꝝ derelicta resoluant: in die uero fleubothomię nõ cõuenit: qa p balneũ cutis lenis fit q̃ lenificat pcussionẽ factã in fleubothomia fugit: & hoc est piculũ. Quartũ est fascia .i. ligatura cũ pãnis lineis q̃ ualet post fleubothomiã ĩmediate ad retinẽdũ fluxũ: & ante fleubothomiã ad trahẽdũ humores ad locũ ubi q̃rit fleubothomia ut ex eo etiam uene ingrossent & melius uideant. Quintũ est motus siue ambulatio moderata q̃ põt fieri ãte ut humores dissoluant & subtilient: & post: ad resoluẽdũ reliqas humoꝝ ex fleubothomia derelictas. Circa prędicta sciẽdũ est ꝙ cões faciũt se fleubothomare ieiuni: sed qbusdam doctoribus melius uidet & cõuenientius: ꝙ ante fleubothomiã: primũ unũ ouũ sorbeãt molle cũ uino haustu uini circa nonã uel decimã horam ante prãdiũ & statim postea se fleubothomari faciant. Et huius cã est: qa stomacho uacuo natura fortius sanguinẽ retinet ne deficiat in nutrimẽto: sed cũ cibus q de se multum nutritiuus est fit in stomacho cuiusmodi sunt oua sorbilia & uinum: tunc natura melius sanguine exire permittit.

¶ In hoc passu autor ponit tres effectus fleubothomię: Primus est qđ fleubothomia exhilarat.i.letificat tristē hominem. Secūdus ē ꝙ fleubothomia placat

Exhilarat tristes: irritos placat amentes
Ne sint amentes fleubothomia facit.

iratos: & cā: utriusq est: qa in sanguine qñ multa cōmiscet melācolia fit tristitia: & qñ multa colera fit ira: cū melācolia sit causę tristitię: & colera irę iam uterq istoꝝ duoꝝ humoꝝ educit eductiōe sanguinis: qa ei commiscet. Tertius est ꝙ ꝓhibet amētes ne īsaniāt: qa facit humores fluere ad ptes exteriores: & a capite diuertit: p maiori declaratiōe sciendū est ꝙ quinq sunt causę ꝓpter quas debet fieri fleubothomia: quaꝝ. Prima est directa & alię q̃tuor indirecte. Prima q̄ est directa est ut abūdātia sanguinis euacuet: siue abūdet sāguis in q̄litate siue q̄titate siue utroq mō. nā ſm Aui.lo.pal. Duo genera hoīum sunt fleubothomāda: quoꝝ unū est ille modus hominū q iā parati sunt incidere in ęgritudines: ut q hñt abūdātiā sanguinis in q̄titate: & reliquū genus est genus illorū hominū q iam ęgritudinē inciderūt ꝓpter humorū siue sanguis malitiā: sed differt fleubothomia ista & illa: qa pp sanguinis abūdātiā debet fieri multa fleubothomia: sed si in qualitate peccet siue sit maliciosus: tūc competit fleubothomia pauca: unde ſm Gal.ix.megategni: si sanguis sit malus in corpe debet euacuari paulatī: & iō peccāt multū illi q qñ uident sanguinē malū fleubothomāt se quosq uideāt sāguinē bonū exire cū forte prius totus sanguis exire q̄ bonus exire: sed debet fieri pauca euacuatio: & tūc ſm Gal.in casu isto: priusq̄ fiat: fleubothomia debet dieta bonū sanguinē generās exhiberi ut loco mali sanguis bonus sanguis generet. Et postea debet fieri post modicū tēpus fleubothomia pauca: & sic deinceps: ista fleubothomia est directa: qa fit per se ad euacuationē illius ꝙ per se debet per fleubothomiā euacuari.s.ad euacuationē plenitudinis humorū siue sanguinis: principaliter tamen ſm qđ cum eo sunt alii humores. Prima causā indirecta est magnitudo morbi & magnitudo apostematis uehemētis inflatiōis: qa ſm Gal.in con.illius ampho. quæ egerunt &c. Nō est melior medicina in apostemate uehemētis inflamatiōis & in febribus & dolore forti q̄ fleubothomia: ut etiā dictū ē ibi frigida natura. Secūda causa indirecta est ut attrahat materia ad ptē illā p q̄ debet euacuari materia: unde in retentiōe mēstruoꝝ & emorroydaꝝ debet apiri sophena ſm Gal.& Auic.ut trahat materia sanguis ad iferius. Tertia cā indirecta est ut humores trahant ad locū cōtrariū illi loco ad quē fluunt humores: & hoc ad diuertendū materiā a loco ad quē fluunt humores: unde in nimio fluxu menstruorū debet fieri fleubothomia de balica ut

unde in nimio fluxu menstruorũ debet fieri fleubothomia de basilica ut trahat materia d cõtrariũ locũ ad quem declinat & diuertat a suo fluxu & pp hoc in pleuresi sinistre partis: debet fieri fleubothomia in pte dextra ut diuertat materia & attrahat ad locum cõtrariũ loco ad quẽ declinat: & similiter si sit in pte dextra debet fieri fleubothomia ĩ pte sinistra. Quarta causa indirecta est ut per fleubothomiã una portio materię euacuetur: & natura potentior sit supra residuũ. & sic cõpetit fleubothomia quãdo repletio est in corpe ne fiat apostema: qa natura est debilis respectu regiminis illoꝝ humoꝝ: ideo una portio illius materię est euacuãda ne ꝑpter impotentiã naturę in regẽdo illã materia: illa materia fluat ad aliquem locum debilem in quo aggreget & apostema generet.

Fac plagam largã mediocriter ut cito fumus
Exeat: uberius liberiusq cruor.

In hoc passu autor ponit unũ documẽtum de quãtitate scissure ĩ fleubothomia.

Et dicit q scissura debet esse larga mediocriter ut fumus & grossus sanguis liberius exeant: quia quãdo scissura est stricta: tunc solũ subtilis sanguis exit & grossus remanet. Circa istud est scindum q aliquãdo in fleubothomia debet fieri uultus magnum & aliquando paruum: debet aũt fieri uultus magnum tribus de causis. Primo quia humores sunt grossi: & grossus sanguis est euacuandus ut per illud uulnus magnum sanguis facilius possit exire: & ergo melancolicis faciẽdum est magnum uulnus. Secundo ꝑpter tpis frigiditatẽ q humores ingrossat: & ergo in hyeme debet fieri uulnus magnũ. Tertio ꝑpter abundantiã humorũ: qa tunc fit melius euacuatio p uulnus magnũ q̃ paruum: sed uulnus paruum fit cum est uirtus debilis: ut de spiritibus & calore minus euacuetur: & in tẽpore calido eadem de causa: & quando est sanguis subtilis.

Sanguine subtracto sex horis est uigilandũ.
Ne somni fumus ledat sensibile corpus
Ne neruum ledas non sit tibi plaga ꝓfunda.
Sanguine purgatus nõ carpas ꝓtinus escas.

In hoc passu autor tãgit tria cõsiderãda circa fleubothomiam. Primũ est q fleubothomatus nõ debet dormire ĩmediate post fleubothomiã: nisi ad minus trãsiuerint sex horę: & huius subdit autor cãm ne fumi: q. s. in sõno causant moti ad caput ledãt cerebꝝ: alię tñ pñt assignari causę: q̃rũ. Pria ẽ ne ĩ sõno uertat se patiẽs supra brachiũ fleubothomiaꝝ: & p hoc ledat. Scda est ne humores in sõno fluant ad mẽbrũ lesũ in quo est dolor pp ictũ fleubothomi & fiat apostẽa: unde

Gal.il.ãpho.ſup illo ãpho.in quo morbo:uult ꝙ in ſõno ſi fiat apoſtemã intra corpus aut mẽbrũ ſit leſum ad ip̃m fluũt humores: Auic.uero aliã aſſignat cãm.ſ.ꝙ p talẽ ſõnũ poſſet accidere cõfractio mẽbroꝝ. Et iſtius cã põt eſſe:qa ſicut ſm Gal.ſup illo ãpho.in quo morbo &c̃.ſõnos in pri cipio poxiſmi nõ cõpetit:qa calor naturalr̃ ad iteriora regredit̃:& exteriora ĩfrigidant̃:& fumi remanẽt nõ cõſumpti:pp ꝙ rigor augmẽtat̃ & paroxiſmus ẽt ꝓlõgat̃:ſic ẽt fumi p cõmotionẽ humoꝝ: & in fleubothomia ad neruos & ad lacertos eleuant̃ q nõ cõſumpti remanentes in ſõno infrigidant̃ ĩ exterioribus & ĩgroſſant̃ & iõ faciũt ad neruoꝝ & lacertoꝝ cõfractionẽ ſi fiat ſupdormitio ĩmediate poſt fleubothomiã: alia cã põt ẽẽ qa materiã eſt ingroſſans eſt faciẽs cõfractionẽ:ſicut in q̃rtana ĩ cuius typo fit ↄfractio pp frigiditatẽ & groſſiciẽ materię ꝫ nerui & lacerti ſũt frigidi:iõ ad ipſos ueniẽs iſte fum⁹ in ſõno in quo fit retractio caloris ad interiora infrigidat̃ & ingroſſat̃ & iſte fumus infrigidatus & ingroſſatus frigiditatẽ & ĩgroſſatione inducit in mẽbro ſiue cõfractionẽ: ſiue ad mẽbrũ cõſimile ꝑperãt ęgritudines cõſimiles. Et iſtud ueꝝ eſt de ſõno fleubothomię uicino & nõ de remoto poſtq̃ fumi illi fuerit cõſumpti. Scd̃m ꝙ dicit eſt ꝙ fleubothomãs dẽt cauere ne faciat nimis ꝓfundã apturã ĩ minutiõe:ita ꝙ cũ fleubothomo ledat neruũ uel arteriã uene ſuppoſitũ: nã ex leſiõe nerui ſeqt̃ ſpaſmus:ex quo ulteri⁹ acerbiſſima mors ſeqt̃ uel ad minus pditio mẽbri:puta brachii uel digiti &c. Ex leſiõe arterię ſeqt̃ fluxus ſanguinis arterialis difficilime curabilis. Tertiũ eſt qd̃ fleubothomatus nõ illico.i.ĩmediate poſt fleubothomiã cibũ ſumere dẽt: ſed dẽt expectare quouſq͵ in eo humores fuerint queti:ne cibus ante eius digeſtionẽ ad ſubueniendũ membro leſo cũ ſanguine ſimul attrahat̃.

Omnia de lacte uitabis rite minute.
Et uitet potum fleubothomatus homo
Frigida uitabis quia ſunt inimica minutis
Inter dictus erit minutis nubilus aer.
Spiritus exultat minutis luce per auras
Omnibus apta qes:eſt motus ualde nociuus

¶ Hic autor ponit.y.uitanda ab ipſo fleubothomato quorũ. Primũ eſt qd̃ fleubothomatus debet uitare lac & lacticinia:cui⁹ cã eſt: qa ex cõmotione hũorũ p fleubothomiã ſępe fluunt humores aliq ad ſtomachũ: ſi ergo lac ſumeret̃ ex cõmixtiõe illorũ humorũ lac in ſtomacho corrũpet̃: ex quo de ſe maxime corruptibile eſt:iã & lac pp dulcedine eius poſſet trahi ĩdigeſtũ ad uẽas: & pp cõmotionẽ humoꝝ facile corrũpi. Secũdũ eſt qd̃ fleubothomatus debet cauere a potu nimio: qa ꝑp euacuationem uenarum talis potus

traheret facile ad uenas indigestus: put prius dictũ est. Tertiũ est ꝙ fleu bothomatus dẽt uitare oĩa frigida tã itus sũpta q̃ exteri⁹ adhibita: puta cibaria mltũ frigida: aerẽ frigidũ: balneũ frigidũ: tenuitatẽ uestiũ: sessio nẽ supra petrã: frigiditatẽ capitis uel pedũ: qa cũ calor naturalis p fleu bothomiã debilitatus est. corpus facile supflue infrigidaret. Quartũ est ꝙ fleubothomatus nõ debet ambulare in aere tenebroso nebuloso tur bato: qa talis cõtristat aĩam: & pigritiã in corpibus ĩducit: ut prius dictũ est ibi: aer sit mũdus: nã tristitia cã est sãguĩs melãcolici: sed debet ãbula re ĩ aere claro & lucido: qa in tali aere spũs uitales naturales & animales recreant & ad extra mouent cũ gaudẽtes simili. Quintum est ꝙ fleubo thomatus debet querere quietem temperatam: similiter & motum ex cessiuum uitare: quia motus excessiuus tunc maxime debilitat: & humo res cõmouet: quies uero temperata motum sedat.

Principio minuas in acutis peracutis
Etatis medię multum de sanguine tolle
Sed puer atq; senex tollet uterq; parum
Ver tollat duplũ reliquũ tẽpus tibi simplum.

¶ Hic autor di cit quattuor. Pri mũ est ꝙ fleubo thomia facienda est ĩ prĩcipio ęgri tudinũ p acuta rũ. i. maxĩe acuta rũ: q̃. s. terminãt in die q̃rta: qa tales sunt breues: nec dant inducias: & iõ a principio me cãde sunt. Secundũ est ꝙ in ętate media. s. q̃ est a. 30. ãno usq; ad. 45. uel . 50. ãnũ plus de sanguine extrahẽdũ est q̃ ĩ aliq̃ aliaꝝ ętatũ: qa in tali ęta te maxĩe multiplicat sanguis: & eius subtractio nõ ĩpedit augmẽtũ: nec diminuit uirtus corpis: qa corpus in tali ętate non auget: neq; diminuit sensibiliter: sed stare uidet. Tertiũ est ꝙ senes & pueri paꝝ fleubothomã di sunt: qa in pueris sanguis multus requirit pp nutritionẽ & augmenta tionẽ in eis. Et in senibus uirtus incipit debilitari. Quartũ est q̃ in uere dupla q̃titas sanguinis abstrahẽda est p fleubothomiã respectu aliorum tpoꝝ: cuius rõ est: qa uer est tp̃s maxime multiplicatiuũ sanguis. ſm oẽs autores medicinę. Circa primũ dictũ p maiori declaratiõe ponẽdę sũt aliq̃ regulę circa fleubothomiã: q̃rũ prima est ꝙ in principio morbi nõ est faciẽda fleubothomia. Medicus. n. ẽ minister nature: ſm Gal. in reg. cã illo. Omniũ natura opatrix. Medicus uero minister: ſm Gal. iiii. ãph. in cõ. illius ægritudinibus qbuscũq; incipiẽtibus nulla euacuatio ĩ prĩci pio morbi ẽ naturalis: sicut ergo natura in principio morbi nõ euacuat: ita nec Medicus. Istud tñ ĩ tribus casibus hẽt instãciã. Primo ĩ materię fu niositate: unũ Aui. loco sæpe alleg. uult ꝙ ĩ prĩcipio morbi fleubothomia nõ debet fieri: qa fleubothomia hũores cõmoueret: & subtiliaret: & cur

rere p

rere p corpus faceret nisi materia sit furiosa. Scdo hēt īstātiā in materię multitudine. uñ Gal. sup illū āpho. Incohātibus morbis: uult φ oportet fieri fleubothomiā aut farmaciā ut natura alleuieť: q. s. onerata ē pp materię multitudinē. Tertio hēt īstātiā ī morbi magnitudine & acuitate: ut qñ est apostema magnū & dolorosū: licet nō sit multa materia. s. añcedēťis ī corpe. uñ dicit Gal. xiii. megategni. Si apostēa sit magnū fleubothomeť in pricipio: licet nō sit materię multitudo ne crepet aut apiať apostema añ sui maturationē. Ergo ut mala sinthomata uitenť minutio ē faciēda. Scda regula ē φ nō fiat fleubothomia ī die motus ęgritudīs: sicut in crisi nō est faciēda fleubothomia: nec aliq euacuatio: ne materia a loco ad quē natura mittit ipam diuertať: silr neq ī poxismo: uñ fm Gal. i. amph. In statu: neq fleubothomia: neq farmacia fieri dēt: qa ī eo fit coctio morbi: q melius fit ī qete q motu: sed sicut se hēt status ad morbū totalē: ita poxismus respectu dieꝝ īterpolātiōis: sicut ergo ī statu nō ē euacuādū: ita nec ī poxismo. Tertia regula ē φ fleubothomia nō ē faciēda ī pricipio morbi. cū crisis est remota: qa fm Isaac ī urinis: sanguis est fundamētū caloris naturalis ipm. s. sustinēs: licet cor sit fundamētū gñans: & spūs fundamētū deportās: sed sanguis ē fundamētū caloris naturalis: qa ex eo materialiter gñať calor naturalis: & iō aliqs sanguinē euacuādo euacuat calorē q materiā morbi hēt digerere: & p cōsequēs morbus plōgať: & uirtus debilitať: pp φ timēdū est ne pp lōgitudinē morbi & debilitatē uirtutis natura succūbat. Quarta regula est φ in corpe hñte fecē in ītestinis nō dēt fieri fleubothomia: cuius cā ē: qa tria sunt attrahētia. s. calidū: uacuū & tota spēs. Quia ergo p fleubothomiā uene euacuanť q a mēbris sibi pping̃s attrahūt: & ita meseraice a stomacho: uēter plus cōstipať: & natura ɔtēta in uenis plus inficiť: & meseraice attrahūt humiditatē secū: & feces plus desiccāť. Debet ergo uēter prio leniri: ut p suppositoria aut clisteria: nisi p se laxeť. Quīta regula est φ nō debet fieri fleubothomia mſta: qa ex hoc malū accidit ī senio. s. multi morbi mali sicut epilēsia appoplexia & paralisis: qa pp remotionē sanguīs: & caloris generāť multe sugfluitates fleumaticę: q sunt cause eaꝝ ęgritudinū. Sexta regula est φ nō dēt fieri fleubothomia ī muliere mēstruata aut īpregnata. In īpregnata nō dēt fieri: qa p hoc calor digerēs cibū diminuereť: & nutrimētū fetus auferreť: & maxie qñ fetus est magnus cū tūc indiget ampliori nutrimēto. Et istud dicit Ipo. v. āpho. In mēstruata uero naturalr. s. fm reuolutionē mēsis nō dēt fieri fleubothomia: qa ī fluxu nimio mēstruoꝝ eēt faciēda ad diuertēdū materiā: sed qñ eueniūt naturalr: & fm debitū cursū naturę: tūc nō dēt fieri fleubothomia: cū materia euacueť sufficiēter a natura: & natura nō dēt diuerti ab opatiōe. Septima regula est φ post colericā passionē nō dēt fieri fleubothomia. Cū. n. fleubothomia ɔmoueat humores p hoc posset hūor colericus ad stomachū fluere

& ipm inflamare:nec dēt fieri post uomitū ne similr̄ humores fluant ad stōachū:neq; post fluxū uētris:neq; post uigilias magnas:neq; post motū fortē:& breuiter nec post ullū calefaciēs multū : aut multū dissoluēs: q̄a fleubothomia hūores plus cōmoueret:& uirtutē magis debilitaret. Deīde uidēdū est ī q̄bus hoībus cōpetit fleubothomia:& p̄ illo ponēdę sunt aliq̄ regule: quaꝝ. Prīa est φ fleubothomia cōpetit hoībus delicatis ociosis & q̄escētibus: multū carnosis: & cibus multū sanguinē gn̄antibus utētibus. Scd̄a regula est φ fleubothomia cōuenit illis in q̄bus est abūdātia sanguis: φ cognoscit̄ p̄ urinę spissitudinē. Abūdātia.n. sanguis facit eā spissam: sed colerā subtilē. Tertia regula est φ fleubothomia dēt fieri in illis in q̄bus melācolia abūdat. Vñ cū ē multa melācolia naturalis currēs cū sanguine p̄ totū corpus: q̄a sanguis in epate ab ea mūdificat̄: tūc cōpetit fleubothomia siue minutio postea farmacia. Vñ duplex est melācolia: naturalis & ĩnaturalis: naturalis est fex sanguis: q̄ qñ abūdat ip̄a est currēs cū sanguine: q̄re cū sanguine p̄ fleubothomiā euacuat̄: iō faciēda est fleubothomia ad eius euacuationē cū sanguine: ab eodē.n. calore.s. calore tp̄ato fiūt sanguis: & melācolia: q̄ est eius fex. & postea faciēda est farmacia. Quarta regula est φ in illis in q̄bus timet̄ humorū ebulitio: cōturbatio: & calefactio: cōpetit fleubothomia: & isti statim qñ sentiunt se calefieri debēt fleubothomari cū sit timor ebulitiōis: cōturbatiōis: & calefactiōis: pp̄ humoꝝ abūdātiā. Aliqñ tñ aliq̄ decipiunt̄ p̄ istā regulā: q̄a statī qñ sentiūt calefactionē & timēt de humoꝝ ebulitione statim fleubothomāt se. Et qñ istud ē ex colere calefactiōe & incēsiōe. p̄ fleubothomiā nō cessat calefactio nec ebulitio: imo p̄ hoc augmētat̄: q̄a fleubothomia humores cōmouet: & p̄ corpus currere facit. Et ergo nō cōpetit fleubothomia nisi hoc fit ex abūdātia humoꝝ qđ cognoscit̄ p̄ sudoris multitudinē & maxīe in mane. Aliq.n. sunt q̄ nō sudāt nisi qñ euacuatiōe īdigēt. Quīta regula est qđ illis debet fieri fleubothomia q̄ habēt uirtutē fortē: & q̄ sunt sanguinę cōplexiōis nō frigidę & siccę. Vnde Rasis. vii. Almā. Corpora apta ad fleubothomiam & quæ habēt uenas amplas & manifestas & corpora pilosa & bruna & ex colere rubeo & fusco mixtis sunt colorata: & iuuenes & adoloscentes & senes nō decrepiti: sed pueri: & infirmi non sunt minuendi nisi magna urgente necessitate: & plurime istarū regularum colliguntur ex Aui. iiii. in. c. de fleubothomia.

Estas uer dextras: autūnus hyemq; sinistras
Quattuor hęc mēbra. cephe. cor. pes. epar. ua
Ver. cor. epar ęstas. ordo seq̄ns reliq̄s. (cuāda

¶ Hic ponit autor aliq̄ cōcernētia mēbra euacuanda fleubothomia: & dicit. Primo φ in uere: & ate debēt euacuari uenę dextrę: ut dextrę man⁹ uel dextri brachii uel

pedis: sed in hyeme & autũno debẽt fleubothomari uene sinistrę.s.sini-strę manus uel sinistri brachii uel pedis. Et istius cã põt esse: qa uer ẽ mul tiplicatiuũ sanguis: & istas colerę: ergo in uere & ęstate debent euacuari ille uene in qbus magis abũdãt sãguis & colera: sed ille sunt uenę dextrę: qa i pte dextra corpis situatũ ẽ mẽbrũ gñatiuũ sãguis. s. epar & recepta-culũ colere. s. cistis fellis. Sed autũnus est gñatiuus melãcolię q̃ ẽt coacer uat & nõ resoluit p hyemẽ: ergo in autũno & hyeme debẽt fleubothoma ri ille uenę i qbus magis dñat melãcolia q̃ sunt uenę sinistrę: cũ i sinistra pte corpis cõtineat splen: q est receptaculũ melancolię. Scdo dicit ꝙ ista q̃tuor mẽbra. s. cephe. i. caput. cor. pes. & epar. ẽm q̃ttuor ptes anni sũt euacuãdo: cor qdẽ i uere. epar i ęstate: caput i hyeme: & pedes i autũno.

Dat saluatella tibi plurima dona minuta
Purgat epar. splenẽ. pectus. p̃cordia. uocem
Innaturalem tollit de corde dolorem:

¶ Hic tangit sex iuuamẽta puenientia ex fleubothomia uenę q̃ dicit saluatella: & ẽ uena i dorso man⁹ in loco q ẽ iter auricularẽ digitũ & medicũ. Primũ ẽ ꝙ ipsa purgat epar. Secũdũ ẽ ꝙ ipa mũdificat splenẽ. Tertiũ ẽ ꝙ mũdificat pectus. Quartũ est ꝙ p̃seruat p̃cordia. i. orificiũ stomachi a nocumẽto. Quintũ est quod aufert nocumẽta uocis. Sextũ est ꝙ aufert dolorẽ inaturalẽ cordis: & rõ oĩum iuuamẽtoꝝ ẽ: qa p̃dicta uena ab oĩbus istis locis sãguinẽ euacuat: ut postea ẽt patebit. p maiori declaratione p̃dictoꝝ: sciẽdũ est ꝙ in fleu bothomia aliqñ apiunt uenę & aliqñ arterię. In aptiõe aũt arterię est ti-mor: & huius cã potissima est nimius fluxus sanguis: q duplici cã hẽt fie-ri in fleubothomia arterię. Una causa est caliditas uehemẽs sanguis ar-terialis: calidũ. n. est facile mobile & arteriã dilatans & apiens: & iõ iuuat multũ ad euacuationẽ sanguis in fleubothomia arterię. Secũda cã est ar terię mobilitas: & iõ tardius in ea uulnus curat cũ uulnera nõ sanant nisi qescũt: pdest tñ ista fleubothomia tripliciter. Primo cũ est in corpe san-guis subtilis abũdantia. Secũdo qñ uaporosi. Tertio quãdo calidissimi: sanguis. n. subtilis: ex quo calor naturalis & spũs fiũt: habitat in arteria: sed sanguis grossus: ex quo mẽbra nutriunt in uenis: similiter sanguis ua porosus in arteria cõtinet: & sanguis sanguineus in uenis: sanguis ẽt cali dissimus q a corde efficit & digerit: qđ est calidissimũ mẽbrũ ẽt cõtinet in arteria: alius aũt sanguis in uenis. Secũdo sciendũ ꝙ uenaꝝ aptio est in multis mẽbris: aliquãdo i brachio siue manu magna: aliqñ in parua: aliquãdo in pede: aliquãdo in naso: aliquãdo in fronte: aliquãdo i labiis: aliquãdo in lingua: siue in palato: aliquãdo in angulis oculoꝝ uersus frõ tẽ: in manu maiori q̃ est ab ascellis usq; ad cubitos sunt qnq; uenę aperiẽ dę ẽm Rasis. vii. Almã. & Aui. loco. p̃al. Una uocat cephalica q̃ est uena

capitis. Secunda basilica que est uena epatica. Tertia mediana siue cordiaca siue nigra: fm quod uocatur ab Auic. siue matrix: sicut uocatur a Rasi. quarta asceliaris: & quinta funis brachii: in manu minori est sceiles siue saluatella: & in brachio fm qd' continet maiorem manũ: & minorẽ sunt aperiẽdę sex uenę: cephalica a ptibus quę sunt supra collũ euacuat: & ideo passiõibus capitis ualet: ut in enigranea: mania: & in aliis calidis passiõibus siue ex materia calida: unde & ista incipit siue oritur ab humero: & tendit uersus partem sinistram brachii: basilica euacuat imediate a partibus sub collo ut a pectore & epate: unde in passionibus pectoris & epatis & similiũ ualet: unde ualet in pleuresi: & incipit ista ab ascellari: & tendit ad partem domesticam brachii: mediana uero est media inter duas predictas in situ & in cõpositione: quia ex eis cõponit: est. n. ramus utriusq;. Et est ẽt media in euacuatiõe: qa undiq; euacuat: & ab inferioribus ptibus sub collo: & a collo: & supra collũ. Vñ est uniuersalis toti corpori in euacuãdo: nõ uniuersalis sicut dicunt qdã: qa a corde oritur: sed qa ramus est cephalice & basilice. Et ergo cũ uolumus fleubothomare de cephalica: & nõ apparet: debemus accipere magis medianã q̃ basilicam: & similiter cũ uolumus fleubothomare basilicã & nõ apparet: magis debemus fleubothomare medianã q̃ cephalicã: qa magis ouenit cũ utraq; q̃ una cum alia: cum sit ramus istaꝝ: & de ista extrema: sceiles siue saluatella est uena q̃ est inter auricularẽ & medium: tendens plus uersus medicũ digitũ: & oritur a basilica: & ista aperitur in dextra manu in opilatiõe epatis: & in sinistra manu in opilatione splenis: & q̃re hoc fit nescit ratione: sicut dicit. Aui. sed experientia: hãc. n. inuenit Gal. per somnũ: ut ipse dicit: qa habebat quendã in cura habẽtẽ opilationẽ epatis & splenis: & somniabat se fleubothomare patientẽ de illa uena: & sic fecit & curatus est: de ista fit fleubothomia ponẽdo manũ in aqua calida: qa subtilis est: ideo ut ingrossetur: & dilatet: & ne uulnus claudat citius debito: & ut sanguis grossus subtilietur: ascellaris est illa que posita est sub basilica: & illa apparet in ligatura brachii: & de ista idem est iudiciũ cũ basilica: fumis brachii est illa q̃ est supra cephalicam siue os ultimũ: siue altius brachii uersus partem siluestrẽ: & est idẽ iudiciũ de ista & de cephalica: licet ergo fm Aui. & Gal in apertiõe uenę fit euacuatio uniuersalis a toto corpore: non tamẽ ab oĩbus uenis equaliter: ut uisum est: licet etiã uenę a toto corpore euacuent: nõ tamẽ in eis est timor equalis imo cephalica fm Ra. vii. Almã. est securior: & basilica est magis timenda: & cardiaca etiã multũ est timenda: licet minus q̃ basilica: cephalica est securior: qa neq; iuxta eã est neruus: neq; arteria: neq; super eã: sed sub cardiaca est neruus & altius supra eã est neruus subtilis: ideo timendũ est ne incidat neruus: basilica est periculosa ualde: qa est sub ea arteria: & iuxta eam est neruus & masculus: & ideo est timenda ualde: sceiles siue saluatella non

est piculosa: sed tamen subtilis est: & ideo ut aperiatur: melius est quod ponatur in aqua calida. In pede sunt tres uene. s. sciatica: sophena: & uena poplicis: & hec aperiuntur cũ uolumus trahere sanguinẽ ad partes inferiores: ut in prouocatione menstruorum: & illa quæ est in poplice secundum Aui. magis ualet quam sophena aut sciatica: quia propinquior est matrici: & ideo melius potest ab ea trahere: sophena uero a uirga testiculis & a matrice sãguinem attrahit: sed sciatica ab anchis renibus & mẽbris quę sunt situate uersus partem siluestrem melius trahit: sophena uero & a matrice a mẽbris positis uersus partem domesticã: licet sint rami unius uenę: ĩ medio frõtis est uena una que aperienda est in antiquatis passiõibus faciei: ut in morphea: & impetigine scabię: & ĩ passionibus oculorum. prius tamẽ debet fieri minutio de cephalica: & similiter est una uena in nasso: & in utriusque apertione debet collũ ligari: & postea aperiri una ante aliã: per ligationẽ enim colli melius manifestatur. In aliis etiã sunt uenę quę aperiuntur propter apostemata existẽtia in ore: aut gingiuis: cephalica tamẽ prius minuta: ĩ palato sunt quattuor uenę: quę si aperiantur ualent fluxui reumatis: & ad dentes in eis facientes dolorẽ: & iste uene sunt manifeste: & debẽt aperiri materia digesta: itẽ quædã sunt uene in angulis oculorum uersus frontem: & aperiuntur in passionibus oculorum: cephalica prius minuta: itẽ quædã sunt uene sub ligna quę aperiuntur in sequinantia: cephalica prius minuta: itẽ uene quę sunt in timporibus inciduntur propter emigraneã: & propter dolorem magnũ capitis & ęgritudinẽ capitis: diuturnã: & iste sunt quas uocat Ypo. & Aui. Iuuenales: quarũ incisio reddit hominẽ impotentẽ generare: item ĩ collo etiã sunt uene quę uocantur guides quę minuende sunt in principio lepre: & maxime quãdo anhelitus angustatur: unde in squinãtia ĩpediẽte anhelitum minuuntur.

Si dolor est capitis ex potu limpha bibatur
Ex potu nimio nam febris acuta creatur.
Si uertex capitis uel frons estu tribulẽtur
Timpora frõsque simul moderate sępe fricentur
Morella cocta nec non calidaque lauentur.

¶ In hoc passu autor duo notat. Primum est quod si dolor capitis accidat ex potu nimio & maxime uini uel alicuius alterius potus: quo contingit homines inebriari: tunc superbibi debet aqua frigida quę sui frigiditate atque ingrossatione impedit ne fumi ex tali potu leuari cerebrum ledant uel ad ipsum eleuentur. Secundum est quod si sumitas capitis uel frõs nimio calore uexetur: tunc debent timpora & frons moderate fricari: & postea debent ex aqua decoctionis morelle calida lauari: quia morella quę a communibus medicis solatrum dicitur habet infrigidare: quia frigida est.

¶In hoc passu autor plura notat. Primũ ẽ ꝙ ieiunare multũ exsiccat corpa ĩ ęstate: qa ex quo ęstas de natura: est calida & sicca: ipsa resoluit humiditates corpis: q̃ ẽt resolunt p sudores ĩ ęstate multiplicatos: & sic supueniẽte ieiunio corpa plus exsiccant: qa absente hũido cibali: calor nr̃i corpis agit ĩ hũidita tes pprias ipsas exsiccando: & ergo bñ dicit Ipo. .vii. pti. ampho. corpibus hũidas carnes hñtib⁹ famẽ adhibere cõuenit. Fames. n. corpa exsiccat. Scd̃m ẽ ꝙ uomit⁹ cõfert quolibet mẽse: qa p uomitũ euacuant hũores nociui cõtẽti in toto ãbitu stõachi: & istud etiã uoluit Aui. iii. i. i. c. xiii. de iuuamẽtis q̃ affert uomitus: cũ dixit. qḋ Ipo. pcepit uomitũ fieri bis in unoquoqꝫ mẽse. s. duob⁹ dieb⁹ cõtinuis: ut scd̃o die expellat illud ꝙ prio die nõ potuit ĩpelli: & p hoc fm Ipo. cõseruat sanitas: cũ talis uomitus mũdificat stõachũ euacuãdo fleuma & colerã: stõach⁹. n. nõ hꝫ aliqd ꝙ mũdet ipm sicut ĩtestina hñt colerã rubeam ipsã mũdificãtẽ: & postea Aui. lo. pal. põit plura alia iuuamñta uomit⁹ bñ facti: quorꝫ. Primũ ẽ ꝙ cõfert grauitati capitis: & hoc ẽ uerꝫ qñ illa grauitas accidit ex materia humorali uaposa pueniẽte a stõacho & mẽbris ĩferiorib⁹ ad caput. si. n. grauitas corpis fieret a nocumẽto pprio ipsi⁹ cerebri: tũc uomit⁹ magis noceret q̃ ꝯferret. Scd̃m ẽ ꝙ clarificat uisũ: & hoc qñ obscuratio uisus pueit ex materia uapali pueniẽte a stõacho ad ipsos oculos alias ãt nõ. Tertiũ ẽ ꝙ aufert fastidiũ. i. nauseã & abominationẽ: remouẽdo & euacuãdo hũorẽ a stõacho q ẽ cã fastidii. Quartũ est ꝙ cõfert ei ad cui⁹ stõachũ descẽdit colera corrũpẽs eius cibũ. Quĩtũ est ꝙ remouet abhominationẽ q̃ fit pp unctuositatẽ. Sextũ ẽ ꝙ remouet cãm desiderii: & illud ꝙ facit desiderare acutũ ponticũ aut acetosũ: qa uomitus remouet cãm oĩum istarũ dispõnũ: iã remota causat remouet effectus.

Temporis ęstiui ieiunia corpora siccat.
Quolibet ĩ mense cõfert uomitus quoqꝫ purgat
Humores nociuos stomachi: lauat ãbitus oẽs
Ver autũnus hyems ęstas dominat in anno
Tempore uernali calidus fit aer humidusqꝫ
Et nullum tempus melius fit fleubothomię.
Vsus tũc homini ueneris confert moderatus.
Corporis & motus uentrisqꝫ solutio sudor
Balnea purgent: tunc corpora cũ medicinis
Estas more calet sicca nascatur in illa.
Tunc quoqꝫ pręcipue colerã rubeã dominari.
Humida frigida fercula dent: sit uenus extra
Balnea non prosunt: sint rare fleubothomię.
Vtilis est requies: sit cũ moderamine potus

Septimũ est ꝙ cõfert laxitati.i.cathecie q̃ ꝓcedit ydropisim: euacuando materiã talis laxitatis & mũdãdo stõachũ. Octauũ est q̃d cõfert ulcerib⁹ in renib⁹ & uesica diuertẽdo materias currẽtes ad illa loca ad ptẽ opposi tã. Nonũ est q̃d cõfert lep̃ maxie qñ fit cũ uomitiuo forti: sicut elleboro: q̃a talis uomitus euacuat materias q̃ sũt ĩ locis remotis & difficilis eradi catiõis. ex q̃bus fit lepra: ẽt uomitus corrigit digestionẽ primã: ex q̃ alie digestiões melius fiũt: uñ lepra peccat ĩ corruptiõe digestiue. Decimũ ẽ q̃d cõfert malitię coloris ĩ cute ex aliquo humore diuertẽdo ip̃m a cute. Vndecimũ ẽ q̃d ↄfert epilẽsię stõaticę euacuãdo hũorẽ cõtẽtũ ĩ stõacho: ex cui⁹ effumatiõe causat̃ epilẽsia. Duodecimũ ẽ ꝙ cõfert ictericię: & ma xie illi q̃ ẽ ex opilatiõe. Nã pp motũ fortẽ ĩ uomitu: materia opilãs moue tur & r̃mouet̃ a loco ĩ quo faciebat opilationẽ. Silr̃ euacuãt̃ materia fleu matica p uomitũ q̃ cõiter ẽ cã istius opilatiõis. Decimũtertiũ ẽ ꝙ cõfert asmati euacuãdo materiã añcedẽtẽ ex stõacho: q̃ fouebat materiã asma tis: & ẽt calefaciẽdo mẽbra sp̃ualia & pulmonẽ: ex quoꝝ calefactiõe seq̃t̃ ↄsũptio sup̃fluitatũ faciẽtiũ asma. Decimũq̃rtũ ẽ ꝙ ↄfert tremori & pali si euacuãdo materiã istaꝝ passionũ. Decimũq̃ntũ ꝙ ↄfert hñtib⁹ uiscera nigra magna sup ptes extrẽas: diuertẽdo hũores a ptib⁹ extremis. Et li cet uomit⁹ debite mĩstratus ista cõferat iuuamẽta: sup̃flue tñ factus mul ta ĩducit nocumẽta: q̃a debilitat stõachũ & resoluit ip̃m: & facit eũ aptũ ut materię fluãt ad ip̃m: & obest pectori & uisui & dẽtibus: & antiq̃s capi tis dolorib⁹ &c. Prout dicit Aui.iiii.i.c.xiiii. Tertiũ q̃d notat hic tex. ẽ ꝙ q̃ttuor sũt tp̃a ãnĩ.s.uer est autũnus & hyems: ꝑut manifestũ ẽ: & iter ista tp̃a uer est calidũ & humidũ: & hoc respectu alioꝝ tp̃oꝝ: licet in se sit tp̃s tp̃amẽto attinẽs: ut uult Gal.i de cõplexiõib⁹. Et ex isto seq̃t̃ ꝙ istud tp̃s magis aptũ ẽ fleubothomię: q̃a magis ẽ multiplicatiuũ hũoꝝ q̃ alia tp̃a. Et ergo ẽt isto tp̃e p̃t ↄuenire moderatus usus coitus & motus tẽperat⁹. & uẽtris solutio siue fluxus: & sudor tp̃atus: & silr̃ balnea tp̃ata ad dimi nuẽdũ repletiõnẽ. Et ergo ẽt istud tp̃s aptũ ẽ ad purgationẽ corporis cũ medicis. Quartũ ẽ ꝙ estas calefacit & exsiccat: & ergo ĩ ip̃sa ẽt multipli cat̃ coleta rubea q̃ calida ẽ: & sicca: ꝑpter hoc ẽt ĩ ęstate fercula debẽt eẽ frigida & humida ad remouẽdũ distẽperãtiã caliditatis & siccitais ex cõ plexiõe ęstatis ĩductã: & debet fieri abstinẽtia coitus: cũ talia ẽt exsiccãt: abstinẽtia a multis balneis: simili de cã: & rara fleubothomia: eadẽ de cã: nisi necessitas hoĩem cõpellat: & debet fieri q̃es: & paucus motus: q̃a q̃es hũectat: & multus motus nimiũ exsiccat: & debet hõ p̃dicto tp̃e uti potu cũ moderamine & maxie frigido: q̃a ex superflua sũptiõe pot⁹ frigidi ꝑ pter aptiõnẽ poroꝝ aliquãdo seq̃t̃ subita ĩfrigidatio corporis uel para lisis: siue laxitas mẽbroꝝ: uel mors subita. A qua nos defendat q̃ eternali ter uiuit: & regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Impressum Venetiis per Bernadinũ Venetũ de Vitalibus.

Domi' [illegible]

fomsey [illegible]